Τοῦ ἁγίου

ΒΑΡΝΑΒΑ

Τοῦ Ἀποστόλου

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ.

Sancti

BARNABÆ

Apostoli,

EPISTOLA CATHOLICA.

Accessit

S. HERMÆ

Viri Apostolici

PASTOR.

OXONIÆ,
E Theatro *Sheldoniano*, Anno Dom. 1685.

D.

BODLEIAN
6 MAR 1951
LIBRARY

PRÆFATIO.

CUM in editione Scriptorum veterum Ecclesiasticorum versarer, præterire non licuit S. Barnabæ Epistolam; primævæ antiquitatis, argumenti sacri, & auctoris (quod præfert,) nomine pariter sacri, commendatissimam. Hac postquam per plurima secula in Bibliothecarum pluteis dilituisset, Reverendissimi Usserii, Armachani Primatis, studio & auspiciis prelo hoc in loco subjiciebatur An. 1643. Sed urbis Oxoniæ parte magna gravi incendio correpta, Typographeum, cum tota supellectile, schedis impressis, & exemplari ipso, conflagravit; ita ut ex clade ista nihil supereſſet, præter paginas nonnullas, quæ penes correctorem,

ctorem, quantum conjicere datur, fuerant; quoſque vir eruditiſſimus Edvardus Bernardus SS. Theol. Doctor, & Aſtronomiæ Profeſſor Savilianus redemit, mihique benigne communicavit. Paulo poſt, nempe anno 1645. opus ab Hugone Menardo monacho congregationis S. Mauri annotationibus eruditis illuſtratum, cura confratris Lucæ Dacherii, Menardo morte prærepto, in lucem Pariſiis prodiit. Porro An. 1646. Illuſtriſſimus D. Iſaacus Voſſius, luculentiſſima ejus Epiſtolarum S. Ignatii editioni Epiſtolam hanc adjunxit; & notas, breves quidem, ſed eruditas addidit. Demum An. 1672. Jo. Bapt. Cotelerius ſocietatis Sorbonicæ Theologus, Bibliothecæ ſuæ S. Patrum qui temporibus Apoſtolicis floruerunt Epiſtolam hanc inſeruit, verſionemque novam adornavit, notaſque laudatiſſimas appoſuit.

Poſt tot, tantorumque virorum labores, cum nihil mihi relictum videatur,

deatur niſi forte ut commodiore aliquanto forma lectoribus opus denuo exhibeam: & cum verſio Latina, quæ ſimplicitate ſua eximia primævam antiquitatem ubique ſpirat, in plurimis deficiat, quæ vix aliter quam à Græco exemplari reſtitui poſſint: textuſque Græcus aliquando ſimiliter mutilus à Latinis ſolummodo ſuppleri valeat; id egi ut mutuis ſuppetiis ſibi invicem ſuccurrant, & quæ prius utrobique manca apparuerunt, jam utraque numeris omnibus integra prodeant. Et ne fraus fieret Lectori, ſi inſtitia genuinis permiſcerentur; quæ ſuis in locis paſſim adjecta ſunt, literis miniatis expreſimus: quæque adnotanda videbantur, oculis lectorum una cum auctoris contextu ſubjicienda curavimus. Porro pro rerum quæ tractantur ratione, Epiſtolam in capita diſtinximus, & argumenta ſingulis præpoſuimus.

Hæc præfatus de editionis noſtræ inſtituto; quæ de opere ipſo dicenda ſuperſunt, ut viri M. memoriæ li-

tem, verbis illustrissimi Primatis, prædicti qua flammas evaserant, exhibebo.

JACOBI ARMACHANI DE BARNABÆ EPISTOLA *PRÆMONITIO.*

Polycarpi ad *Philippenses* Epistolam, *longe prolixiorem illa quæ habetur typis excusa*, apud se Græce scriptam extitisse, [a] *Baronio* persuaserat *Franciscus Turrianus*, Societatis Jesu Presbyter. Sed exemplari illius diligentius inspecto, partem ipsius maximam ad epistolam, quæ *Barnabæ* Apostoli ferebatur olim

[a] Baron. notat in Martyrolog. Roman. Januar. 26.

nomine

nomine, pertinuisse, deprehendit postea *Jacobus Sirmondus*, ejusdem Societatis Theologus. Neque aliter habuisse, vel Bibliothecæ *Vaticanæ*, vel Cardinalis *Columnæi* codices, ostendit [b] *Petrus Halloixius*, & ipse Jesuita.

Nempe in primo exemplari ex quo *Columnæus* ille codex (qui omnium putatur antiquissimus.) & reliqui qui supersunt hodie sunt descripti, librariorum vitio quaternio vel omissus vel transpositus est: cujus defectu factum est, ut in Græcis superstitibus & finem epistolæ *Polycarpi* desideremus, & principium *Barnabæ*.

Nam longe antiquioribus etiam temporibus, non *Ignatii* solum literas huic *Polycarpi* Epistolæ (quod ex fine ipsius liquet,) subjectas fuisse, sed simul cum eis & istam *Barnabæ*: ex illo *Hieronymi* loco, in libro 3. adversus Pelagia-

[b] P. Halloix notat in vit. Polycarpi, cap. 16. 17, 18.

nos

nos, blandiente conjectura, ut crederem, pene inductus ſum. *Ignatius, vir Apoſtolicus & martyr, ſcribit audacter: Elegit Dominus Apoſtolos, qui ſuper omnes homines peccatores erant.* Ut enim in poſteriore Ignatianarum Epiſtolarum Collectione, cum reliquis præfixæ fuiſſent *Mariæ Caſtabalitæ* nomine inſcriptæ literæ, eas etiam ipſius *Ignatii* adſcripto titulo, in *Anton.* [c] Meliſſa productas fuiſſe animadvertimus: ita etiam in priore illa, cum inter *Polycarpi* & *Ignatii* eidem ſubjunctas epiſtolas, etiam illa *Barnabæ* interpoſita legeretur; non mirum ἁμαρτήματα μνημονικῷ conſimili, & eodem modo excuſabili, *Ignatii* nomine citaverit *Hieronymus*, quod proprie erat tribuendum *Barnabæ*.

In ea enim quam nunc damus illius epiſtola, ſententia hæc reperta eſt: τὸς ἰδίους Ἀποστόλους τὸς

c Meliſſ. lib. 2. ſerm. 19.

μέλλον-

μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο ὄντας καὶ αὐτὸς πᾶς ἀνομίαν ἀνομωτέρους. Quam & ante *Hieronymi* tempora in eadem extitisse, verba illa [d] *Origenis* fidem faciunt. γέγραπται ἤ ἐν τῇ Βαρναβᾶ Καθολικῇ ἐπιστολῇ (ὅθεν ὁ Κέλσος λαβὼν τάχα εἶπεν, εἰ) ὀπιθέντας καὶ πονηροτάτους τοὺς Ἀποστόλους, ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους Ἰησοῦς ὄντας καὶ αὐτὸς πᾶς ἀνομίαν ἀνομωτέρους. *Scriptum est sane in Barnabæ Catholica epistola, (unde fortasse Celsus occasionem arripuit, ut Apostolos infames & nequissimos diceret,) quod Apostolos suos elegisset Jesu, qui erant omni iniquitate iniquiores.* Ubi *Catholicam* hanc appellat epistolam; quod nulli particulari vel personæ vel Ecclesiæ inscripta ea esset, sed Christianorum fratrum, ubicunque degentinm, ipsi universitati. Neque vero mirabitur, *Ignatii* nomine productum fuisse ab *Hieronymo* quod erat *Barnabæ*; qui *Barnabæ* etiam titulo à

d Origen. contra Celsum, lib. 1. pag. 50.

Clemente

Clemente Alexandrino laudatum animadverterit, quod *Romano Clementi* fuerat adscribendum. Is enim citato loco Psalmi, (e *Aperite mihi portas justitiæ, in ipsas ingressus confitebor Domino: hæc est porta Domini, justi transibunt per eam,*) Prophetæ dictum hoc à *Barnaba* sic expositum fuisse ait. Πολλῶν πυλῶν ἀνεωγμένων, ἡ [ἐν] δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσερχόμενοι. *Cum multæ portæ sint apertæ; quæ est justitiæ, ea est in Christo: in quam beati sunt omnes qui sunt ingressi.* Quæ quidem, in *Barnaba* frustra quæsita, in priore *Clementis* Epistola (à doctissimo *Patricio Junio* non ita pridem edita,) totidem verbis expressa invenimus.

Porro duas hasce imperfectas *Polycarpi* & *Barnabæ* Græcas epistolas, ex *Andreæ Schotti* apographo sua manu descriptas vir clarissimus *Claudius Salmasius*, una

e Psal. 118. (*al.* 117.) v. 19, 20.

cum

cum antiqua Latina *Barnabæ* verſione, ex vetere *Corbeienſis* Bibliothecæ codice à *Johanne Cordeſio* excripta, *Iſaaco Voſſio*, celeberrimi illius *Gerardi* filio, ſummæ ſpei juveni, tradidit: quam cum Græco *Barnabæ* textu conjunctam, additis etiam eruditis notis, ad prelum ille apparavit. Ut igitur in Sylloges hujus initio, Græcum *Polycarpum*, poſteriore ſui parte ex antiqua verſione Latina ſuppletum, exhibuimus: ita & ad ejus finem *Barnabam*, priore ſui parte ex alia vetere interpretatione ſimiliter redintegratum (non ſine humaniſſimi *Voſſii* conſenſu,) repræſentare viſum fuit. Ex cujus utriuſque collatione mutua eſt deprehenſum, non ſolum primam Epiſtolæ partem in exemplari Latino fuiſſe conſervatam, quam defuiſſe diximus in Græco; ſed etiam poſtremam vice verſa retentam fuiſſe in Græco, quæ aberat à Latino: atque in intermediis

mediis præterea, nonnulla habere *Græcum quæ desunt in Latino, & Latinum rursus quæ non reperiuntur in Græco; cujus generis ea sunt, quæ in utroque contextu uncis [ ] includenda curavimus.

Ex duobus autem præcipuis membris tota hæc constat Epistola: quæ in contextu Græco hac inter se transitione connexa videmus. Τοῦτο μὲ ὕτως. Μεταλάζωμεν δὲ καὶ ὅτι ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχὴν· ubi, pro μεταλάζωμεν, alii μεταλάβωμεν, *Patricius Junius* noster μεταδῶμεν legendum conjicit. In priore autem parte sententia hæc longe ante præcesserat: Ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. Quam vetus Latinus interpres suo loco notam huc transtulit, totius Epistolæ Epilogum hunc satis inconcinnum

* Inter quæ & illud, à *Clemente Alexandr.* 5. Stromat. citatum: Ἁπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνίητε.

statuens.

ſtatuens. *Hac autem ſic ſunt. Habetis interim de majeſtate Chriſti, quomodo omnia in illum, & per illum facta ſunt. Cui ſit honor, virtus, gloria, nunc & in ſecula ſeculorum.* Secunda Epiſtolæ parte penitus prætermiſſa: quam idcirco, Latina eruditiſſimi *Gerardi Langbaini* verſione, in hac editione locupletandam curavimus.

Ab hac vero *duarum viarum* diſtinctione pars iſta ducit exordium. Ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας· ἥ τε τοῦ φωτὸς, καὶ ἡ τοῦ σκότους. Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν. ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ. Ad quæ verba reſpexiſſe *Origenem* non eſt dubium, in libro 3. περὶ ἀρχῶν, cap. 2. ita ſcribentem: *Eadem quoque Barnabas in Epiſtola ſua declarat, cum duas vias eſſe dicit, unam lucis, alteram tenebrarum; quibus & præeſſe certos quoſque Angelos dicit: viæ quidem lucis, Angelos*

gelos lucis, tenebrarum autem viæ, Angelos Satanæ. Etsi enim in priore quoque epistolæ parte, (uti etiam in *pseudo-Clementinis*[f] Constitutionibus, quarum Auctorem ut ex *Romano Clemente, Ignatio,* & aliis alia, ita quæ de duabus vitæ mortisque viis fusius enarrat ex hac ipsa *Barnabæ* epistola intervertisse vel prima facie legenti constabit,) *duarum viarum* facta sit mentio: hoc tamen tantum in loco, Angelorum lucis & Satanæ, iisdem præfectorum, occurrit commemoratio. Adde, quod & *Satanæ* ipsum nomen ab *Hieronymo*, in fine libelli de *Nominibus Hebraicis*, inter ea recensetur quæ ex *Epistola Barnabæ* sunt selecta; nec in priore tamen hujus epistolæ parte uspiam extat in qua reliqua omnia sunt reperta: si modo *Naue* (quo nomine *Jesu* sive *Josuæ* patrem Græ-

f Constitut. Apostolic. lib. 7. cap. 1, 2. & deinceps.

ci indigitant,) pro *Nahum* repoſueris; quem librarii temeritate hic fuiſſe infultum, *Germinis* adjuncta interpretatio ſatis evincit. Cum *Nahum* ſit *Conſolator*; & *Naue* vero, *Semen, germen vel pulcritudo*: uti jam prius in eodem libro expoſuerat ipſe *Hieronymus*.

Longiorem quoque hanc fuiſſe Epiſtolam, στιχομετρία illa ſatis indicat, quam Latinis (nam Græca editio hic eſt mutila,) ex *Nicephori* Patriarchæ Conſtantinopolitani chronographia tradidit *Anaſtaſius* Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius. In qua, ut ſeptem Catholicæ (quæ vocantur,) *Jacobi, Petri, Joannis* & *Judæ* Epiſtolæ, 1300 verſibus; ita & hæc *Barnabæ*, 1306. comprehenſa fuiſſe dicitur. In poſteriore denique Epiſtolæ parte reperta iſta ſunt, à *Clemente Alexandrino*, in libro 2. Stromatum, ex *Barna-*

g Hieron. de Nominib. Hebraic. in *Exod.*

ba citata: Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, δώη ὑμῖν σοφίαν καὶ σύνεσιν, ἐπιστήμην, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ὑπομονήν. Γίνεσθε ἔμπειροι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ ὁ Κύριος ἀφ' ὑμῶν· ἵνα εὑρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τῶν δικαίων. ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς πεφωτισμένοι. Ubi poſtrema illa, ex *Barnabæ* noſtri contextu, ita ſunt reſtituenda; ἵνα σώθητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Τέκνων δικαίων (vel δικαίους, ut emendat *Sylburgius*,) ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς πεφωτισμένοι, idem ſc. *Barnabas*; ſub ipſius epiſtolæ clauſulam, paulo poſt, eos ad quos ſcribit, ita ſalutans: σώζεσθε, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. Ut tum ex principio tum ex fine manifeſte deprehenſum appareat, poſterius membrum hoc (utcunque à Latino Interprete ſilentio prætermiſſum,) ejuſdem corporis partem eſſe, cujus & primum.

Ad totius vero Epiſtolæ *auctorem* & *auctoritatem* quod attinet: idem ille *Clemens* (ut de diſcipulo ipſius

ipsius *Origene* nihil dicam,) & auctoris *Barnabæ*, & auctoritatis *Apostolicæ*, eam fuisse credidit. In libro enim illo 2° Stromatum, alia postea testimonia ex ea producens, hac utitur præfatione: Ὅπως δ' ἡμεῖς τῆ διαβόλου τὰς ἐνεργείας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰς τὴν τῆς ἁμαρτωλῆς ψυχὴν ὅπως σπείρει φαμέν, οὐ μοι δεῖ πλειόνων λόγων ἀλλ' ἑνὸς μάρτυρα τὸν Ἀποστολικὸν Βαρνάβαν (ὁ δὲ τῆς ἑβδομήκοντα εἷς, καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου,) καὶ λέξιν ἓν δέ πως λέγοντα. *Quomodo autem nos Diaboli operationes, & spiritus immundos in peccatoris animam seminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus est si adduxero testem Barnabam Apostolicum (erat autem is * ex Septuaginta, & Pauli adjutor,) his verbis sic dicentem.* Et in 5°. Βαρνάβας, ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ Ἀποστόλῳ καὶ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν καὶ λόγον. *Barnabas, qui ipse quoque in Gentium ministerio prædicavit*

* Idem etiam affirmat, in libro 7. Hypotyposeon. (apud Euseb. lib. 2. hist. κεφ. ϛ'.)

verbum una cum Apostolo Paulo. Neque *Apostolici* solum, sed etiam *Apostoli Barnabæ* nomine, in 2° Stromatum libro, eandem epistolam laudat: ejusdemque non minus quam reliquarum Scripturarum Canonicarum, in libris Hypotyposeon [h] contractas explicationes exhibuit.

Barnabas Cyprius, qui & Joseph Levites, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur: ait, in Ecclesiastico-rum scriptorum Catalogo, B. *Hieronymus*, & libro 13° Commentariorum in Ezechiel. cap. 43. *Vitulum*, inquit, *qui pro nobis immolatus est, & multa Scripturarum loca, & præcipue Barnabæ epistola, quæ habetur inter scripturas apocryphas, nominat.* Utrum vero ex propria mente ab *Apostolo*

h Ἐν τοῖς ὑποτυπώσεων ἀναγκαίως πεποίηται διηγήσεις. Euseb. lib. 6. hist. cap. 17. ad.

ad

ad ædificationem Ecclesiæ compositam hanc fuisse epistolam ille dixerit, ex aliorum autem sensu in *apocryphorum* classem conjecerit, exquirant alii: in eam certe sententiam propendisse illum aliquando, ex *Nominum Hebraicorum* libello colligi posse videatur; in quo, cum reliquis Novi Testamenti scripturis etiam *Barnabæ* istam epistolam conjunctam ab eo fuisse cernimus.

In illa *Nicephori* Constantinopolitani Patriarchæ στιχομετρία, (quam Latinis *Anastasium* Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarium tradidisse diximus,) à Novi Testamenti *apocryphis* quidem scriptis seiungitur, sed inter ea *quibus contradicitur* (ut & *Apocalypsis Joannis*,) recensetur. In altero vero Indiculo, quem *Anastasii Nicæni* in S. Scripturam Quæstionibus subjectam vidimus, una cum *apocryphis* simpliciter adnumeratur: & ipsius *Hieronymi* in Prologo

Galeato

Galeato ſuffragio accedente, & univerſalis Eccleſiæ ſimul judicio, quæ *Barnabæ* ſcriptum nullum in ſacrum Canonem unquam admiſiſſe comperta eſt. *Montani* enim ſpiritu afflatus fuit *Tertullianus*, [i] quum epiſtolæ ad Hebræos *Barnabæ* affixit titulum: & altera hæc, [k] φερομένην Βαρνάβα ἐπιστολὴν, ab *Euſebio* non ſolum inter ſcripturas [k] *quibus contradicitur*, ſed etiam inter [l] *nothas* collocatur. Ut hic etiam locum habeat, quod de aliis ejuſdem generis ab *Auguſtino* eſt dictum. [m] *Hæc ſcripta caſtitas Canonis non recepit: non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur auctoritas; ſed quod iſtæ non credantur ipſorum eſſe.*

Quanquam non longe poſt ipſius *Barnabæ* tempora exaratam

i Tertullian. de Pudicitia, cap. 20. & ex eo, Hieronym. Catalog. ſcript. Eccleſiaſt. in Plin. k Euſeb. lib. 6. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 14. l Id. ibid. lib. 3. cap. 25. m Auguſtin. de Civitat. Dei, lib. 18. cap. 53.

fuiſſe

fuisse hanc Epistolam, tot illa à *Clemente Alexandrino*. (qui proximo post Apostolos seculo claruit,) est ea, in *Stromatum* libris, laudata testimonia, fidem faciunt. Quibus & illa ejusdem in *Padagogo*, lib. 2. cap. 10. adjungere liceat. Καὶ τὸ μὴ λεγὼν καθ' ἑτέρου πλεονεκτεῖν φησι τινὰ ἀφόδευσιν, εἰς ἀριθμὸς εἷς βιβίωκεν ἕτεσιν ἰσχοντα ζυπάς. Quæ ex istis Epistolæ hujus mutuatum eum fuisse, monuit me D. *Petrus Turnerus*, Savilianus in Academia Oxonienſi Matheseos Professor, eruditissimus. ὅπου ἡ λαγὼς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τινὰ ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει πυπάς. Sed & aliquam hic præferunt vetustatis speciem, ipsarum apocrypharum scripturarum, quarum jamdiu in Ecclesia obsolevit memoria, citationes non paucæ: inter quas & illam fortasse quis annumeraverit, *Regna in terris decem regnabunt; & resurget retro pusillus, qui deponet tres in unum*; licet ea

Danielis

Danielis capitulo VII. uti olim in LXX. Interpretum editione legebatur, desumtam fuisse ego quidem existimaverim: quum *Theodotionis* interpretatio (quam in *Daniele*, altera illa posthabita, Ecclesiam postea recepisse confirmat [a] *Hieronymus*;) hanc nobis hodie lectionem exhibeat. Δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται, καὶ ὀπίσω . . . . . .

Reliqua desiderantur: quid autem eruditissimus, Hiberniæ juxta & melioris literaturæ Primas, de epistolæ hujus auctore senserit, quanquam non ex dictis liquido appareat; indicia tamen sunt satis clara quæ fidem faciunt, propendisse eum in hanc sententiam ut crederet, opus hoc scriptori ignoto deberi. Esto ergo huic operi alienæ manu S. Barnabæ nomen appositum: aut, si libeat, Epistolam hanc consolatoriam, (quæ sæpius dicitur ideo

[a] Hieron. Præfat. in Daniel.

scripta,

scripta, ut lectores lætos faceret,) *ex argumenti designatione, ab auctore ipso,* Barnabas, *sive* consolator, *appellatam; eo fere modo quo liber Salomonis* Coheleth *sive* Ecclesiastes, *dicitur; aut Hermæ opus* Pastor *inscribitur. Quicquid sit, necesse est ut fateamur optima fide scriptorem hunc usum fuisse; non alienos, imo non aliquos, captavisse titulos; hoc vero solum sibi arrogasse, ut ceu è fidelium grege minimus aliquis, unus ex illis, frater fratribus salutaria monita proponeret, per omnia orthodoxus & Apostolorum, præsertim S. Pauli, vestigiis insistens: ut si non laborum & itinerum, saltem dogmatum participem ubique agnoscamus. Interea animadvertendum, Historiam Jobi, Ruth, Hestheræ, & Paralipomenon, aliosque ex libris in Hebraicum Canonem receptis; quod pariter obtinet in epistola ad Hebræos, auctorum nomina minime præferre, & tamen de illorum fide, nulla est controversia. Interim dispiciendum*

videtur,

vieetur, an nos hac tempestate rectius de epistolæ hujus auctore possimus judicare, quam qui proximo vixerint seculo, Clemens Alexandrinus, atque Origenes, qui S. Barnabæ adscripsere. Porro adnotandum, scripto alicui non ideo statim fidem omnem abrogari si de ejus Auctore aliquando fuerit dubitatum, aut si ipsum per aliquod tempus delituerit. Norunt eruditi hæc ipsa scriptis quibusdam in Canonem nunc & olim receptis accidisse; & quæ de S. Barnabæ epistola refert Eusebius, eadem eum non modo de S. Joannis Apocalypsi & S. Judæ & catholicis omnibus Epistolis, sed etiam de illa ad Hebræos, quæ nunc S. Paulo adscribitur, licet olim S. Barnabæ imputaretur, retulisse.

Constat Epistolam hanc, quæ fere tota est in Synagogæ ritibus, & S. Scripturarum mysticis sensibus evolvendis, ad rudis vulgi captum minus esse accommodatam, & proinde verisimile est à lectione ejus publica Ecclesiam post tempus aliquod abstí-

abstinuisse: quod & hodie factum de nonnullis reconditioris argumenti periochis quæ in sacro Canone continentur. Hoc vero fidenter dixerim, Epistolam hanc quo penitius intelligatur, eo acceptiorem futuram, & ad S. literarum, nec non antiquissimorum Patrum cognitionem plurimum facturam. Quanquam enim perpetuus Veteris Instrumenti ad Messiam respectus nobis quasi per transennam ex Chaldæis Paraphrastis strictura; scriptorum Talmudicorum Rabbinorumque malignis interpretamentis compareat: olim tamen quando in omni Synagoga hebdomadatim non lecta tantum, sed & enarrata erant scripturæ; Midrash iste mysticus sive evangelicus Veteris Instrumenti sensus, non minus omnibus innotuit quam ipse sacer textus: & proinde non minus idonea suppeditabat argumenta ad convincendos Judæos, quam ea quæ ex disertissimis S. literarum vocibus fuissent deducta. Hinc factum est, quod Dominus noster & ejus Apo-

ſtoli, fere paſſim adverſus Judæos exinde argumenta depromſerint; & ſi forte aliqua apud Auctorem noſtrum occurrant quæ longius petita videntur, illa ipſa aut eorum ſaltem veſtigia in Epiſtolis Paulinis quis poterit reperire.

Sed nolumus pertinaci nimis patrocinio S. Barnabæ, aut quicunque Epiſtolæ hujus auctor is demum fuerit, invidiam facere; ne iniquum petendo eo quod æquum eſt excidamus. Modica ſunt quæ in ejus gratiam poſcimus, nec (ut puto,) facile recuſanda: ut nimirum ſi non ipſi, ſaltem annis ejus honos habeatur: ſi non Apoſtolum agnoſcamus; eum tamen ceu Patrem revereamur: & demum, ſi non in Canonem illum recipiendum ducamus, ſaltem in Claſſicis ſcriptoribus, pro dignitate quam olim obtinuit apud Eccleſiæ ſcriptores antiquiſſimos, numeremus.

Veterum Testimonia de Barnabæ scriptis.

Clem. Alex. l. 2. Strom.

Εικότως ἦν ὁ ἀπόστολος Βαρνάβας φησίν.

Ibid.

Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος.

Ibid.

Αμίλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας.

Ibid.

Οὐ μοι δεῖ πλείονα λέγειν, ἐξαρκεῖ μόνην μάρτυρα τὸν ἀπόστολον Βαρνάβαν, (ὁ γὰρ τῆς ἐκλογῆς κοινωνὸς τῷ Παύλῳ) καὶ λέξιν φέρε πως λέγοντα.

Lib. 5.

Αλλὰ καὶ Βαρνάβας, ὁ καὶ συλληφθεὶς τῷ ἀποστόλῳ, καὶ πολὺ ἀγωνίαν τῆς ἰδίων, τὸν λόγον, φησίν.

Origen. l. 1. *com. Celſ.*

Γέγραπται δὲ ἐν τῇ Βαρναβᾶ καθολικῇ ἐπιστολῇ.

Origen. l. 3. περὶ ἀρχῶν c. 2.

Eadem quoque Barnabas in Epiſtola ſua declarat, cum duas vias eſſe dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, &c.

Tertull. de Pudic. c. 20.

Volo ex redundantia alicujus etiam comitis Apoſtolorum teſtimonium ſuperducere, idoneum confirmandi de proximo jure diſciplinam magiſtrorum. Extat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos: adeo ſatis auctoritatis vero, ut quem Paulus juxta ſe conſtituerit in abſtinentia tenore: aut ego ſolus & Barnabas, non habemus hoc operandi poteſtatem? Ubi Epiſtola ad Hebræos Barnabæ attribuitur.

Euſeb.

Euseb. hist. Eccl. l. 3. c. 25.

Εν τοῖς νόθοις κατετάχθη ἡ τ Παύλε πρᾶξεων γραφὴ, ὅτι λεγομένῳ Ποιμένι, ἡ ἀποκάλυψις Πέτρε, ἡ πρὸς τούτοις, ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή.

Idem l. 6. c. 13.

Κέχρηται δὲ ἐν αὐταῖς ἡ τ ἀπὸ τῆς αὐτολεξομένων γραφῶν μαρτυρείαις· τ τ λεγομένης Σολομῶντος σοφίας, καὶ τ Ιησ τ Σιρὰχ, ἡ τ πρὸς ἑβραίους ἐπιστολῆς, τ τ Βαρνάβα, ἡ τ Κλήμεντος, ἡ Ιούδα.

Idem c. 14.

Εν δὲ τ ἀντιτυπώσεσι ξωμολόγησται εἰπεῖν, πάσης τ ἐνδιαθήκε γραφῆς ἐπτὰ μεμιμένας πεποίηται διηγήσεις· μηδὲ τὰς αὐτολεξομένας παρελθών. τὴν Ιούδα λέγω, καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολὰς, τὴν τε Βαρνάβα, ἡ τ Πέτρε λεξομένην ἀποκάλυψιν.

Hieron. in Catal.

Barnabas Cyprius, qui & Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, unam ad ædificationem

Eccleſia pertinentem Epiſtolam compoſuit quæ inter apocryphas ſcripturas legitur, &c.

Hieron. de nom. Hebraicis in S. Script. poſtquam novi Teſtamenti libros enarraſſet; procedit ad Barnabæ Epiſtolam, dicens,

Abraham, pater videns populum. Adam, homo, &c.

Stichometria Nicephori Conſtant. novi Teſtamenti libros recenſens, numerat verſus in Barnabæ Epiſtola MCCCVI.

Indiculus Scripturarum in Bibliotheca regis Galliæ à Doct. Cotelerio laudatus, eandem Epiſtolam poſt illam Judæ & ante S. Joannis Apocalypſin collocat, & agnoſcit verſus ſaltem DCCCL.

INDEX

Πίναξ τῶν κεφαλαίων.

Κεφ. α'. Ἀσπασμὸς τοῦ Βαρνάβα πρὸς τοὺς ἀδελφούς. p. 2.

Κεφ. β'. Περὶ τῶν ἑξακοσίων ἡμερῶν χαλεπότητος, καὶ νόμῳ καταργουμένῳ. p. 6.

Κεφ. γ'. Ὡς σοφῶται ἡμᾶς καὶ ἰουδαίους διαφόρως προσαγορεύονται. p. 10.

Κεφ. δ'. Περὶ δύο βασιλέων χ^ι καὶ Δανιὴλ. p. 13.

Κεφ. ε'. Περὶ τῶν τοῦ χριστοῦ παθημάτων p. 18.

Κεφ. ς'. Ὡς ἀπὸ τῶν προφητῶν προεφανερώθη τὸ πάθος τοῦ κυρίου p. 26.

Κεφ. ζ'. Ὡς πρόγονος ἀποπομπαῖος τύπος ἐστὶ τοῦ κυρίου ἰησοῦ. p. 35.

Κεφ. η'. Ὡς δάμαλις πυρρὰ τύπος ἐστὶ τοῦ κυρίου ἰησοῦ. p. 45.

Κεφ. θ'. Περὶ πνευματικῆς τῶν ὀπῶν περι-

Cap. 1. *Salutatio Barnabæ ad fratres.* p. 3.
Cap. 2. *De ultimi temporis periculis, & Legis abolitione.* p. 7.
Cap. 3. *Quomodo Prophetæ nos & Judæos diversimode alloquuntur.* p. 11.
Cap. 4. *De decem regibus secundum Danielem.* p. 12.
Cap. 5. *De Christi Passionibus* p. 19.
Cap. 6. *Quomodo à Prophetis prædicta est Passio Dominica.* p. 27.
Cap. 7. *Quomodo caper emissarius typum gerit Domini Jesu.* p. 34.
Cap. 8. *Quomodo vacca rubra typhum gerit Domini Jesu.* p. 44.
Cap. 9. *De Spirituali auri-*

um

um & cordis circumcisione. p. 51.
Cap. 10. *De cibis vetitis & animalibus immundis.* p. 57.
Cap. 11. *De aqua & Cruce.* p. 67.
Cap. 12. *Seorsim de Cruce* p. 72.
Cap. 13. *De Populo hærede.* p. 80.
Cap. 14. *Testamentum quod Moyses accepit & contrivit, Dominus nobis dedit.* p. 84.
Cap. 15. *De Sabbato.* p. 88.
Cap. 16. *De Templo.* p. 95.
Cap. 17. *Epilogus dictorum.* p. 100.
Cap. 18. *De duabus viis.* p. 103.
Cap. 19. *De via lucis.* p. 104.
Cap. 20. *De via tenebrarum.* p. 110.
Cap. 21. *Conclusio admonitoria.* 112.

Πίναξ τῶν κεφαλαίων.

καὶ καρδίας ἀποτομῆς. p. 50.

Κεφ. ι'. Περὶ τῶν βρωμάτων ἀπηγορευμένων, καὶ ζώων ἀκαθάρτων. p. 57

Κεφ. ια'. Περὶ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ σταυροῦ. p. 66.

Κεφ. ιβ'. Καθ' ἰδίαν, περὶ τοῦ σταυροῦ. p. 73.

Κεφ. ιγ'. Περὶ τοῦ λαοῦ κληρονόμου. p. 81.

Κεφ. ιδ'. Τίνων ἀφθονίαν ὧν ἔλαβεν ὁ μακαρίτης καὶ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ κύριος ἔδωκεν ἡμῖν. p. 85.

Κεφ. ιε'. Περὶ τοῦ σαββάτου. p. 89.

Κεφ. ις'. Περὶ τοῦ ναοῦ. p. 94.

Κεφ. ιζ'. Ἐπίλογος τῶν λεγομένων. p. 101.

Κεφ. ιη'. Περὶ δυοῖν ὁδοῖν. p. 102.

Κεφ. ιθ'. Περὶ τῆς ὁδοῦ τοῦ φωτός. p. 105.

Κεφ. κ'. Περὶ τῆς ὁδοῦ τοῦ μέλανος. p. 110.

Κεφ. κα'. Ἐπίλογος ἀποκαλυπτικός. p. 113.

Η ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΤΟΥ
ΒΑΡΝΑΒΑ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

CATHOLICA
BARNABÆ
EPISTOLA.

Η ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΤΟΥ

ΒΑΡΝΑΒΑ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΚΕΦ. α'.

Ἀσπασμὸς τοῦ Βαρνάβα πρὸς τοὺς ἀδελφούς.

ΧΑΙΡΕΤΕ [a], τέκνα, ἐν ὀνόματι κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς ἐν εἰρήνῃ. μεγάλων καὶ καλῶν τῶν δικαιωμάτων περισσείαν εἰδὼς ἐν ὑμῖν οὖσαν, ἐκ περισσοῦ συνεφράνθην ὑπὲρ μακαρίων καὶ ἀξιοπρεπῶν πνευμάτων ὑμῶν, ὅτι οὕτω τὴν ἔμφυτον [b] χάριν εἰλήφατε. διὰ τοῦτο λίαν

---

[a] Quæ literis miniatis hic passim exhibentur sive in Græco textu, sive Latino; utrobique addita sunt, ut versio & exemplar invicem respondeant. τέκνα, cum una voce commode reddere non potuit Latinus interpres, ut utrumque sexum includeret, videtur duas appositisse. Eadem compellatio sæpius repetitur in sequentibus.

[b] Sic infra cap. 9. τὴν ἔμφυτον δωρεὰν, per, *naturale donum* redditur.

ἐχάρην

CATHOLICA
BARNABÆ
EPISTOLA.

CAP. I.

Salutatio Barnabæ ad fratres.

AVETE, filii & filiæ, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui nos [a] dilexit, in pace. Magnarum & honeſtarum Dei æquitatum [b] abundantiam ſciens eſſe in vobis, ſupra modum exhilaror beatis & præclaris ſpiritibus veſtris; quod ſic naturalem gratiam accepiſtis. Propter quod plurimum gratulor mihi, ſperans libera-

---

a. Vos, Uſſer. *b aquitate,* MS.

ri: quia vere video in vobis infusum spiritum ab honesto fonte Dei. Cum persuasum mihi sit hoc, & plenius[a] sciam, quia dum ad vos adloquor, multa mihi bona successerunt in via æquitatis Domini. Ideo, fratres[b], & ego cogito diligere vos super animam meam: quia magnitudo fidei & dilectio habitat in illo, & spes vitæ illius. Cogitans ergo hoc (quasi curæ mihi fuerit, ut vobiscum partiar ex eo quod accepi) futurum mihi talibus spiritu servienti[c], hoc in mercede[d]: adpropiavi pauca vobis mittere, ut fidem vestram consummatam habeatis, & scientiam. Tres sunt ergo constitutiones[e] Domini, vitæ spes, initium, & consummatio. Propalavit enim Dominus per Prophetas, quæ[f] præterierunt, & futurorum dedit nobis initia scire. Sicut ergo locutus est, honestius & altius oportet[g] accedere ad aram illius. Ego autem non tanquam doctor, sed unus ex vobis, demonstrabo pauca, per quæ in plurimis lætiores sitis.

lege adpropiavi

a plenus MS. *b fors* MS. *c Spiritus servientes* MS. *Spiritibus* Usser. *d* Sic periodum distinguo, sensumque restituo; aliter, quod Menardus recte adnotavit, perturbatum. *e* Apud interpretem hunc hæc vox *constitutio* sæpe occurrit, & per διαταξις redditur. *f* MS. *qui*. *g oportet*, vox ista videtur desiderari.

CAP.

ἐχάρην ἐλπίζων σωθῆναι, ὅτι ἐπ' ἀληθείας οἶδα ἐγχωβιάσαν ὑμῖν τὸ πνεῦμα ἀπὸ τῆς καθολικῆς πηγῆς τοῦ θεοῦ. πεπεισμένος δὴ μᾶλλον τοῦτο καὶ πληροφορημένος, ὅτι λαλοιῶπι μοι ἐπ' πρὸς ὑμᾶς πολλὰ ἐπίδηλα ἀγαθὰ ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ δικαιώματος τοῦ κυρίου. διὸ, ἀδελφοί, ἐνδυμοῦμαι καὶ ἐγὼ ἀγαπᾶν ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου· ὅτι τὸ μέγεθος πίστεως καὶ ἀγάπης καθοικεῖ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐλπὶς τῆς ζωῆς ἐκείνης. λογιζόμενος οὖν τοῦτο ἔσεσθαί μοι τοῖς τοιούτοις πᾶν σκάμμα διαλαθόντα τοῦτο εἰς μισθὸν, ἀφ' ὧν ἔλαβον μέρους, ἐσπούδασα χαρὰν μικρὸν ὑμῖν πέμψαι· ἵνα μὴ τῆς πίστεως ὑμῶν τελείαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν[b]. πεῖσαι οὖν δέομαι τοῦ κυρίου, ἐλπὶς ζωῆς, ἀοχὴ, καὶ τελείωσις· ἐφανέρωσε γὰρ κύριος διὰ τοῦ προφήτου τὰ παρεληλυθότα, καὶ τῶν μελλόντων ἔδωκεν ἡμῖν τὴν ἀρχὴν γνῶναι. ὡς οὖν ἐλάλησε, δεῖ καλῶς καὶ σεμνῶς ἐρχόμενον πρὸς τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ. ἐγὼ γὰρ οὐκ ὡς διδάσκαλος, ἀλλά τις ἐξ ὑμῶν ἀδελφὸς, ὀλίγα δείκνυσθαι εἰς[c] τὸ ἐν πολλοῖς εὐφρᾶναι ὑμᾶς.

---

a Clem. Alex. Strom. 2. p. 373. b Per γνῶσιν intelligit mysteriorum fidei, & præcipue, reconditi Scripturarum sensus, cognitionem; de qua re Lectorem in limine fuisse admonitum non pigebit. c Sic in calce operis: εἰς τὸ εὐφρᾶναι ὑμᾶς.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ τῶν ἐσχάτων ἡμερῶν χαλεπότητος, καὶ τῶν νόμων καθαρισμένων.

ΤΩΝ οὖν ἡμερῶν πονηρῶν ὄντων, καὶ τοῦ ἀντικειμένου τὴν ἐξουσίαν τούτου τοῦ αἰῶνος τότε ἀρχὴν ἐχόντων, δεῖ προσέχοντας ἀναζητεῖν τὰ τοῦ κυρίου δικαιώματα. τοῦτο οὖν πίστεως ἡμῖν εἰσιν οἱ συλλήπτορες, φόβος καὶ ὑπομονή· τὰ δὲ συμμαχοῦντα ἡμῖν, μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια. τούτων οὖν τῶν πρὸς τὸν κύριον μενόντων ἁγνῶς, συναυξαίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις ἐφανέρωσε γὰρ ἡμῖν διὰ πάντων τῶν προφητῶν, ὅτι οὔτε θυσιῶν οὔτε ὁλοκαυτωμάτων καὶ προσφορῶν, τοῦτο λέγων· τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων· οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά

a Hæ duæ voces, apud Clem. Alex. reperiuntur, ab interprete præteritæ. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ῥητῶν Clemente additæ, quæ ab interprete μοι omissæ.

CAP. II.

De ultimi temporis periculis, & legis abolitione.

CUm sint ergo dies nequissimi, & Contrarius habeat hujus seculi potestatem: debemus attendentes inquirere æquitates Domini. Fidei ergo nostræ adjutores [a] sunt timor & sustinentia: quæ autem nobiscum pugnant, patientia est & continentia. Hæc cum apud Dominum permanent casta[b], conlætantur illis sapientia & intellectus, scientia, cognitio. Adaperuit enim nobis per omnes Prophetas, quia non utitur nostris hostiis, neque victimis, neque oblationibus, hæc dicens: [c] *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Plenus sum holocaustomatibus arietum, & pinguaminibus agnorum: & sanguinem hircorum & taurorum nolo, nec si veniatis videri mihi. Quis enim exquisivit hæc de manibus vestris? calcare aulam meam, non adjicietis. Si attuleritis mihi similaginem, vanum; supplicamentum execratio mihi est.*

---

a MS. *adjutor est.* b Cotell. *caste.* Hæc habentur apud Clem. Alex Strom. 2. p. 161. c Esai. 1. 11.

Neomenias vestras, & diem magnum non sustineo; jejunium, & ferias, & dies festos vestros odit anima mea. Hæc ergo vacua fecit, ut nova lex Domini nostri Jesu Christi, quæ sine jugo necessitatis est, humanam habeat oblationem. Dicit Dominus iterum ad illos: [a] *Numquid ego præcepi parentibus vestris, cum exierunt de terra Ægypti, ut offerrent mihi hostias & victimas: sed hoc præcepi illis dicens: unusquisque vestrum adversus proximum non habeat malitiam, & juramentum mendax* [b] *non habeat* [c]. Intelligere ergo debemus, cum non simus sine intellectu, consilium benignitatis patris nostri: quia nobis dicit, volens nos similiter errantes quærere, quemadmodum ad illum accedamus. nobis enim dicit: [d] *Sacrificium Deo cor contribulatum, & humiliatum Deus non despicit.* Certius ergo inquirere debemus, fratres, de nostra salute, ut ne quando adversarius habeat introitum in nobis, & evertat nos à vita [e] nostra.

---

a Jer. 7.22. Zach. 8.17. *b Mendum*, MS. *c habet*, MS. *d* Ps. 50.19. *e* forte *via*.

CAP.

μοι δεῖ· τὰς νεμηνίας ὑμῶν, [a] καὶ ἡμέραν μεγάλην ἐκ ἀνέξομαι. νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς νεμηνίας, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. τοῦτο οὖν κατάργησε, ἵνα ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἀνὰ ζυγὸν ἐλευθερίας ᾖσα, τῷ λογικῷ λατρείαν εἰσαγάγῃ. λέγει πάλιν ὁ κύριος αὐτοῖς· ἐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνάγαλον αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου, περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσίας, ἀλλ' ἢ τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς λέγων· ἕκαστος τῷ πλησίον μὴ λογίζεσθε ἐν τῇ καρδίαις ὑμῶν, καὶ ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε. Δεῖ οὖν ἡμᾶς καταγοεῖν, ὄντας ἀσυνέτους τοῦ βουλήματος τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς ἡμῶν, ὅτι λέγει ἡμῖν, θέλων ἡμᾶς ὡσαύτως πλανωμένους ὀπίζητεῖν, ἵνα παρὰ αὐτὸν ἔλθωμεν, θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν τετραπεπωμένην ὁ θεὸς ἐκ ἐξουδενώσει. Δεῖ οὖν ἀκριβέστερον ὀπίζητεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, μήποτε ὁ σατανᾶς ἔσοδον ἔχοι πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἀφτρέψῃ ἐκ τῆς ζωῆς ἡμῶν.

a LXX addunt καὶ τὰ σάββατα.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. γ'.

Ὡς προφῆται ἡμᾶς καὶ ἱερεῖς διαφόρως προαναγορεύουσι.

ΠΆλιν ὃν λέγει περὶ τούτων πρὸς αὐτούς· ἵνατί μοι νηστεύετε, ὡς σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν; οὐ ταύτην νηστείαν ἐξελεξάμην, λέγει κύριος· καὶ ἡμέραν ταπεινοῦν ἄνθρωπον τῷ ψυχῷ αὐτοῦ ματαίως [a]. οὐδ' ἂν κάμψῃς ὡς κρίκον [b] καὶ σάκκον καὶ σποδὸν ὑποστρώσῃς, οὐδ' οὕτω καλέσετε νηστείαν δεκτήν. πρὸς ἡμᾶς δὲ λέγει ὅτων, ὅταν νηστεύσητε, λύετε πάντα συνδέσμου ἀδικίας, διάλυε στραγγαλίας βιαίων συναλλαγμάτων, ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, καὶ πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐκ ὑπερόψει. τότε

a. Non admodum erat ausa illa contra veritatem Græcam, quæ quid habeat Interpres.

---

a Ex Isaiæ 1. 13. videtur interpres. b MS. Alexand. κλινὸν, quod pro κύκλον positum, minime dubium est.

ἐκλύσεται

CAP. III.

Quomodo Prophetæ nos & Judæos diversimode alloquuntur.

DIcit ergo iterum de his ad illos: *a Ut quid mihi jejunatis, ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale jejunium elegi, dicit Dominus, ut quis humiliet animam suam sine causa. Neque si curvaveris quasi circulum collum tuum, & saccum te circumdederis & cinerem straveris: nec sic celebrabis jejunium acceptum.* Ad nos autem sic dicit: *b Cum jejunaveris, solve omnem nodum injustitiæ, & omnem consignationem iniquam dele, resolve suffocationes impotentium commerciorum, dimitte quassatos in remissionem, & omnem cautionem malignam dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam, cum videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui non despicies. Tunc erum-*

---

a Judæos nimirum. Esai. 58. 4. b Is. 58. 6.

pet

pet temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua cito orientur: & præibit ante te justitia tua, & claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamas, & Deus exaudiet te, cum adhuc loqueris, dicet: Ecce adsum, si abstuleris à te nodum, & suadelam malorum, & verbum murmurationis: & dederis esurienti panem ex animo. In hoc ergo, fratres, providens est, & misericors Deus, quia in simplicitate crediturus esset populus, quem comparavit dilecto suo, atque ostendit omnibus nobis, ut non incurramus, tanquam proselyti, ad illorum legem.

CAP. IV.

De decem regibus secundum Danielem.

OPortet ergo de [b] his talibus multum scrutantes scribere, quæ nos possint sanare. Fugiamus ergo ab omni opere iniquitatis, & odio ha-

[a] Oriuntur. [b] Menard. Voss. Cotel. *oportet ergo de hisantibus multum scrutantes scribere*, reposuerunt vero ad marginem *instantibus*: sed nostra lectio videtur aliquanto commodior. Usser. vero legit, *Oportet ergo non de instantibus multum scrutantes scribere, quæ non possint sanare.*

beamus

ξαγήσεται τὸ περίμμον τὸ φῶς σε, καὶ ἱμάτια[a] σε ταχὺ ἀνατελεῖ, καὶ περιβαλεῖται ἔμπροσθέν σε ἡ δικαιοσύνη σε, καὶ ἡ δόξα τοῦ θεοῦ προσελεύσεται σε. τότε βοήσῃ, καὶ κύριος εἰσακούσεταί σε, ἔτι λαλοῦντός σε, ἐρεῖ· ἰδοὺ πάρειμι· ἐὰν ἀφέλῃς ἀπὸ σε συνδεσμον, καὶ χειροτονίαν[b], καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῶς πεινῶντι τὸν ἄρτον ἐκ ψυχῆς σε. ἐν τούτῳ οὖν, ἀδελφοὶ, χρηστὸς ὅτι καὶ ἐλεήμων ὁ θεὸς, ὅπι ἐν ἀφελότητι πεποίθεν ὁ λαὸς, ὃν δι' ἀγαπητοῦ αὐτοῦ προεποίησε, καὶ ἐδείξατο πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα μὴ ὀπίσω τὰ ἐκείνων νόμιμα προσηλύτων δίκαιω ὑπαρέχωμεν.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ δέκα βασιλέων, κατὰ τὸν Δανιήλ.

ΔΕῖ οὖν περὶ τούτων πολὺ ἐρευνῶντας ἡμᾶς χράσθαι τῷ καὶ ἡμᾶς σώζειν δυναμένῳ. φοβώμεθα τοίνυν ἀπὸ παντὸς ἔργου τὰ ἀνομίας, καὶ μισῶμεν τὰ πάντα τὰ

[a] ἱμάτια legit non modo noster interpres, sed qui versionem antiquam ab Irenæo, Tertulliano & Cypriano, receptam adornavit. [b] χειροτονία redditur *fuadela*, quia perorantes extensa manu verba faciebant. *minime, sed quia suffragia ferentes, in album porrecta manu sententiam significari solerent.*

αἰῶνος τοῦτο, ἵνα ἐν τῇ μέλλοντι ἀγαπώμεθα. μὴ δῶμεν τῇ ψυχαῖς ἡμῶν συγχωρεῖν τῷ ἀνομοις λογίζεσθαι λύεσθαι μὴ τῶν ἁμαρτιῶν ἀνόμων καὶ ἁμαρτωλῶν, μήποτε ὁμοιωθῶμεν αὐτοῖς. ἤγγικε γὰρ ἡ συντέλεια ἁμαρτίας, ὡς γέγραπται περὶ Δανιήλ. διὰ τοῦτο γὰρ λέγει κύριος, συνέλε μὴ τὰς [a] καιροὺς καὶ ἡμέρας καὶ, ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ κύριος. ὡς εἶπεν ὁ προφήτης. καὶ δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀπίσω αὐτῶν ἀναστήσεται ἕτερος, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει. ὡσὲ τὰ βασιλείων ὁ αὐτὸς Δανιὴλ λέγει πάλιν, εἶδον θηρίον τέταρτον φοβερὸν καὶ ἐνδυναμοῦν καὶ ἰσχυρὸν σφόδρα [b], καὶ κέρατα δέκα αὐτῷ. καὶ ἰδοὺ κέρας ἕτερον μικρὸν ἀνέβη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ τρία κέρατα τῶν ἔμπροσθεν ἐξερίζωσεν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. δεῖ οὖν καταυοεῖν, ἐπὶ καὶ παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὡς ὑμεῖς εἷς εἰς, καὶ πάντας ἀγαπᾶν τὰ ἐμὲ ψυχῆς, προσέχειν ἑαυτοῖς, καὶ μὴ ὁμοιοῦσθαι ἐπισωρεύουσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ λέγουσιν, ὅτι ἡ διαθήκη αὐτῶν ἡμετέρα ἐστι. ἆρά γε ἡμετέρα ἐστιν καὶ ἐκ αὐτῶν; ὅτι εἰς αἰῶνα αὐτοῦ, διὸ ἔλαβε μωϋσῆς, ἀπώλεσαν. λέγει

a Hæc respiciunt verba Domini, Mat. 24. 22. vid. Es. 10. 23. b Interpres quædam addit. γὰρ

beamus errorem hujus temporis, ut futura [a] diligamus. Non demus [b] animæ noſtræ ſpatium, ut poſſit habere poteſtatem diſcurrendi cum nequiſſimis & peccatoribus; ne quando ſimilemus illis. *Conſummata enim tentatio*, ſicut ſcriptum [c] eſt à Daniele, *adpropinquavit*. Propter hoc enim dicit Dominus, intercidit [d] tempora & dies, *ut acceleret dilectus* [e] *illius ad hæreditatem ſuam*. Dicit ſic Propheta: [f] *Regna in terris decem regnabunt, & reſurget retro puſillus, qui deponet tres in unum*. De regnis ſimiliter dicit [g] iterum Daniel, *Et vidi quartam beſtiam, nequam & fortem, & ſæviorem cæteris beſtiis marinis: & apparuerunt illi decem cornua: & aſcendit aliud cornu breve in medio illorum: & dejecit cornua tria de majoribus cornibus*. Intelligere ergo debemus, adhuc & hoc rogo vos tanquam unus ex vobis, omnes amans ſuper animam meam, ut attendatis vobis: & non ſimiletis eis, qui peccata ſua congerunt, & dicunt, quia teſtamentum illorum & noſtrum eſt. Noſtrum eſt autem, quia illi in perpetuum perdiderunt illud, quod Moyſes acce-

[a] Sic Uſſer. *futuro diligamur*. Men. Voſſ. Cotel. [b] *debemus*, Uſſer. [c] *De qua ſcriptum eſt, ſicut Daniel dicit*, Uſſer. [d] *interdicit* MS, Malac. 3. 1. [e] *dilectos* Uſſer. [f] *de hoc ipſo dicit* Uſſer. [g] Dan. 7. 24. & Dan. 7. 7.

pit. Dicit enim Scriptura: [a] *Et fuit Moyſes in monte jejunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & accepit teſtamentum à Domino, tabulas lapideas ſcriptas manu Dei.* Sed converſi in idola, perdiderunt illud: dicit enim Dominus Moyſi: [b] *Moyſes deſcende celerius, quia præteriit legem populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti: Et projecit Moyſes tabulas lapideas de manibus ſuis, & confractum eſt* teſtamentum eorum; ut dilectio Jeſu conſignetur in præcordiis veſtris, in ſpem fidei illius. Propter quod adtendamus noviſſimis diebus. Nihil enim proderit nobis omne tempus vitæ noſtræ & fidei, ſi non odio iniquum [c] & futuras tentationes habeamus. Sicut dicit filius Dei: *reſiſtamus omni iniquitati, & odio habeamus eam.* Ergo conſiderate opera malæ viæ. Non ſeparatim debetis ſeducere vos tanquam juſtificati; ſed in unum convenientes inquirite, quod communiter dilectis conveniat & profit. Dicit enim Scriptura: *Væ* [d] *illis, qui ſibi ſolis intelligunt, & apud ſe docti videntur!* Simus ſpiritales, ſimus templum conſummatum Deo: in quantum eſt in

---

a Exod. 34. 28. *b* 32. 7. & Deut. 9. 12. *c non modo animum* Uſſer. *non modo iniquum* MS. *d* Eſai. 5. 21.

nobis,

γὰρ ἡ γραφὴ καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπὶ ἔτη τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, καὶ ἔλαβε τὴν διαθήκην παρὰ τοῦ κυρίου, τὰς πλάκας λιθίνας γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ καταστραφέντες πρὸς τὰ εἴδωλα, ἀπώλεσαν αὐτόν· λέγει γὰρ ὁ κύριος τῷ μωϋσῇ· καὶ τὸ τάχος καταβὰς δεῦρο. ἐνόμισε γὰρ ὁ λαός σου, ὃν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου. καὶ ἔξεχεν ἀπὸ τῶν χειρῶν αὐτοῦ τὰς δύο πλάκας, καὶ συνετρίφθη ἡ διαθήκη αὐτῶν, ἵνα ἡ ἀγάπη τοῦ ἰησοῦ σφραγισθῇ ἐν καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἐλπίδα τῆς πίστεως αὐτοῦ. διὰ τοῦτο χωλοὶ τὰς ἐσχάτας ἡμέρας. ἐὰν γὰρ ὠφελήσει ἡμῖν ὁ παρελθὼν τοῦ βίου χρόνος καὶ πίστεως, ἐὰν μὴ τὴν ἀνομίαν καὶ τὰς μέλλοντας πειρασμοὺς μισῶμεν. ἀνδιπάτωμεν, ὡς λέγει ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, πᾶσαν ἀνομίαν, καὶ μισῶμεν αὐτήν. καταγνόητε οὖν τὰ ἔργα τῆς πονηρᾶς. ἐκ ἑαυτῶν ἀποδοκίζειν[a] δεῖ ὡς δικαιωθέντες· συμπορεύεσθαι δὲ ὅπου τὸ αὐτὸ ζητεῖ τε τὶ κοινωφελές ὄζει, καὶ συμφέρει τοῖς ἀγαπητοῖς. λέγει γὰρ ἡ γραφή, ἐαὶ οἱ σωτῆρες παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ ὑπηρέτουσι. πνευματικοὶ γινώμεθα, ναὸς τέλειος τῷ θεῷ· ἐφ' ὅσον ὄζιν ἐφ' ἡμῖν, μελετῶμεν τὸ φόβον

pios, & mutabit solem, & lunam, & stellas; tunc bene requiescet in die septima. Ad summam hoc dicit: *Sanctificabis illum diem manibus mundis, & corde puro.* Quem ergo diem sanctificavit Deus, quis potest sanctificare modo, nisi qui sit mundo corde: in omnibus [a] nos erravimus. [b] Vide ergo qui refrigerans sanctificavit illum, quando nos poterimus, recepta justa promissione, deleta iniquitate, novatis vero cunctis à Domino & nos tunc poterimus sanctificare, ipsi sanctificati primum. Ad summam dicit illis: [*] *Dies solennes vestros, & sabbata non sustineo.* Videte, quomodo dicit non hæc sabbata sibi accepta, sed quæ fecit, & in die suo consummavit omnia, initium [c] octavæ diei [d] facturus, qui est alterius seculi initium. Propter quod agimus diem octavum in [e] lætificationem, in [f] quo & Jesus [g] resurrexit à mortuis, & apparuit, & ascendit in cœlos.

---

[a] MS. *non.* [b] MS. *vides.* [*] Scil. *novilunia*, ut in Græc. [c] MS. *octava.* [d] MS. *facta.* [e] MS. *legationem.* [f] MS. *quum.* [g] Ita dies Dominica non tantum Servatoris nostri, sed universalem omnium resurrectionem repræsentat, & æternum in cœlesti gaudio sabbatismum. Hinc erat quod cum solenni lætitia celebraretur; & die illo jejunare Anathemate olim vindicatum.

CAP.

ἀσεβεῖς, καὶ ἀλλάξει τὴν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας· τότε καλῶς καταπαύσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. πέρας γάρ τοι λέγει· ἁγιάσεις αὐτὴν ἐν χερσὶ καθαραῖς, καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ· εἰ δέ τῳ θεὸς ἡμέραν ἥγιασε, νῦν πῶς δύναται ἁγιάσαι, εἰ μὴ καθαρὸς ὦ τῇ καρδίᾳ, ἐν πᾶσι πεπλανήμεθα. ἴδε οὖν ὡς ἄρα τότε καλῶς καταπαυόμενον ἁγιάσει αὐτὴν, ὅτε δυνησόμεθα αὐτοὶ δικαίαν [a] ἀπολαβόντες τὴν ἐπαγγελίαν, ἀκέραιοι ἀνομίας, μεγονότων τῶν καινῶν πάντων· κατὰ κυρίῳ τότε δυνησόμεθα αὐτὴν ἁγιάσαι, αὐτοὶ ἁγιασθέντες πρῶτον. πέρας γάρ τοι λέγει αὐτοῖς· τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν οὐκ ἀνέχομαι. ὁρᾶτε, πῶς λέγει· ὃ τὰ νῦν σάββατα ἐμοὶ δυσκτά· ἀλλ' ἃ πεποίηκα, ἐν ᾧ καταπαύσας τὰ πάντα, ἀρχὴν ἡμέρας ὀγδόης ποιήσω, ὅ ἐστιν ἄλλου κόσμου ἀρχή. διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς [b].

---

a MS. δικαιως. b Quando dicitur, quod die Dominica, Servator *resurrexit & apparuit & ascendit in cælos*, ita intelligendum, quod revera resurrexit eo die, & sæpius apparuit; sed deinde quinta feria ascendit. In Græco habetur φανερωθεὶς, scil. *cum apparuisset, ascendit.*

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ιε'.

Περὶ τοῦ ναοῦ.

Ἔτι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐρῶ ὑμῖν· πῶς πλανῶνται οἱ ταλαίπωροι ὅτι τὸν οἶκον τοῦτον ἤλπισαν, καὶ οὐκ ὅτι τὸν θεὸν αὐτὸν τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, ἀλλ' ὡς ὄντα οἶκον θεοῦ. λέγουσι γὰρ, ὡς τὰ ἔθνη, ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. ἀλλὰ πῶς λέγει κύριος καταργῶν αὐτόν, μάθετε· τίς ἐμέτρησε τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τὴν γῆν δρακί; οὐκ ἐγώ; λέγει κύριος. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσατέ μοι, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; εἴδετε γνῶτε, ὅτι μάταια ἡ ἐλπὶς αὐτῶν. πέρας γοιῶ πάλιν λέγει. ἰδοὺ οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον, αὐτοὶ αὐτὸν οἰκοδομήσουσι. καὶ γίνεται. διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθηρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν νῦν, καὶ αὐτοὶ οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν. πάλιν ὡς ἔμελλεν ἡ πόλις

---

a MS. τῶ ὀφόν.

καὶ

CAP. XVI.

De Templo.

ADhuc & de templo vobis dicemus, quomodo errantes miseri in ædem spem habuerunt tanquam [a] in Dominum, qui illos fecit, quasi sit domus Dei, tanquam ethnici, consecraverunt illum in templo. Sed quomodo dicat Dominus, discite, vacuum faciens templum: [b] *quis mensus est cœlum palmo, aut quis totam terram pugno apprehendit? Nonne ego? Mihi, dicit Dominus, cœlum thronus est, terra autem scabellum pedum meorum est. Qualem domum mihi ædificabitis, aut quis locus erit requietionis meæ?* Unde cognoscitis, quia vana spes est illorum. Et denique iterum dicit: [c] *Ecce qui deposuerunt templum hoc, ipsi illud & ædificabunt.* Et fit: dum enim belligerarent, depositum nunc est ab inimicis, ipsique hostium ministri rædificant illud. Iterum sicut incipiebat civitas, &

a Rectius, ad Græcum contextum, *& non in Dominum.* b Esai. 40. 11. 66. 1. c Esai. 49. 17.

templum

templum & populus totus Judæorum tradi. propalavit. Dicit enim Scriptura : [a] *Et erit in novissimis diebus, tradet Dominus oves pascuæ, & cubile, & turrem eorum in exterminium.* Et factum est, secundum quæ Dominus locutus est. Quæramus ergo, si est templum Deo. Est, ubi ipse dicit facere & consummare. Scriptum enim est: [a] *Et erit, septimo die consummato, ædificabitur templum Deo præclare in nomine Domini.* Invenio igitur, quia templum est. Quomodo ergo ædificabitur in nomine Domini, discite. Antequam crederemus Deo, [b] erat habitatio nostra cordis corrupta

---

[a] Dan. 4. Agg. 2. Quod in Latino interprete habetur, *septimo die consummato*; in Græco legitur ex Daniele, ἐν ἑβδομάδος συντελειμένης, ut intelligatur septimana ex annis conflata. [b] Hinc quidam sibi persuaserunt, constare posse, auctorem hujus Epistolæ non fuisse Barnabam, sed aliquem qui ex Ethnicismo ad fidem pervenerat: minime considerantes illum in enarratione sensus mystici spiritualis templi versari. Nimirum, licet Judæi sibi placerent quod verum Deum colerent, & ab idolis abhorrerent; *illos plenos fuisse* docet *adorationibus idolorum*, & fuisse *domus damoniorum, propter quod facerent quæ Deo essent contraria.* Hoc sensu, Clemens Alex. Strom.

καὶ ὁ λαὸς Ισραὴλ παραδίδοται, ἐφαπτομένη λέγει γὰρ ἡ γραφὴ· καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν παραδώσει κύριος τὰ πρόβατα τῆς νομῆς, καὶ τὴν μάνδραν καὶ τὸν πύργον αὐτῆς εἰς καταφθοράν. καὶ ἐγένετο καθὼς ἐλάλησε κύριος. ζητήσωμεν οὖν, εἰ ὄντως ναὸς θεοῦ· ἔστι ὅπου αὐτὸς λέγει ποιεῖν καὶ καταρτίζειν. μέγα πάλαι γάρ· καὶ ἔσται ἡ ἑβδομάδος συντελουμένης οἰκοδομηθήσεται ναὸς θεοῦ ἐνδόξως [a] ὀνόματι κυρίου. εὑρίσκω οὖν ὅτι ἔστι ναὸς. πῶς οὖν οἰκοδομηθήσεται ἐν ὀνόματι κυρίου, μάθετε. πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ θεῷ, ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς

Strom. 2. locum hunc intellexit, adducitque ut probet τὸ διαζάλαι τὰς ἐνεργείας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, εἰς τὸν ἀμαρτωλὸν ψυχὴν ὑπεισπείρειν· hoc adjecto elogio eum esse μάρτυρα ἀποστολικὸν τῷ ὁ ἅγιος καὶ συνεργὸν τοῦ παύλου. Eodem certe jure quo ex istis verbis elicitur hujus Epistolæ Scriptorem alienigenam fuisse, idem de B. Petro conficietur, quia 1 Ep. 4. 3. se illis adnumerat qui polluebantur ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις. a MS. ἐνδόξου.

καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενὲς, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ἔστι γὰρ πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας οἶκος καὶ ἔστιν δαιμονίων, διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα γὰρ ἐναντία τοῦ θεοῦ. οἰκοδομηθήσεται δὲ ὅτι τοῦ ὀνόματι κυρίου. προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς κυρίου ἐνδόξως οἰκοδομηθῇ· πῶς καὶ, μάθετε· λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἐγηυόμεθα καινοὶ, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. πῶς; ὁ λόγος αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς [a], αὐτὸς ἐν ἡμῖν προφητεύων, αὐτὸς ἐν ἡμῖν κατοικῶν, τοῖς τοῦ θανάτου δεδουλωμένοις ἀνοίγων ἡμῖν θύρας τοῦ ναοῦ ἡμῶν, ὅ ἐστι τὸ στόμα, δοὺς ἡμῖν μετάνοιαν ἀνοίξας ἡμῖν, εἰσάγων εἰς τὸν ἄφθαρτον ναόν. ὁ γὰρ [b] ποθῶν σωθῆναι, βλέπει οὐκ εἰς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ εἰς τὸν ἐν αὐτῷ ἐνοικοῦντα καὶ λαλοῦντα ἐν αὐτῷ· ἐκπλησσόμενος ὅτι τοῦ μηδέποτε, μήτε τοῦ λέγοντος τὰ ῥήματα ἀκηκοέναι ἐκ τοῦ στόματος, μήτε αὐτὸς ποτὲ ὀπτεθυμηκέναι ἀκοῦσαι. τοῦτό ἐστι, πνευματικὸς ναὸς οἰκοδομούμενος τῷ κυρίῳ.

[a] Interpres videtur legisse, τῆς διαθήκης αὐτοῦ. Alii, γδ'.

ΚΕΦ.

corrupta & infirma, ſicut templum, quod per manus vere ædificatur: quia pleni eramus adorationibus idolorum, & erat domus dæmoniorum, propter quod faceremus, quæ Deo eſſent contraria. Ædificabitur autem in nomine Domini. Ut præclare ædificetur templum Deo, attendite; & quomodo, diſcite, quod accipientes remiſſionem peccatorum, & cum crediderimus in nomine Domini, [a] nos ſumus jam tales, quales ab initio creati. Propter quod in domicilio noſtro in nobis vere Deus inhabitat. Quomodo? Sermo fidei illius, vocatio promiſſionis illius, ſapientia æquitatis, præcepta teſtamenti illius, in nobis prophetans ipſe, & in nobis habitans. [b] Quia cum ſub ſervitute mortis eramus, aperiens oſtium templi noſtri, quod eſt os ſapientiæ pœnitentiam concedens nobis, fecit de nobis domum incorruptam. Qui enim concupiſcit liberari, [c] vidit non in hominem, ſed in illum qui in eo habitat & loquitur in illo; [d] miratus quod nunquam tales ſermones audierit eum dicentem, neque ipſe concupierit audire. Hoc eſt ſpiritaliter Domino ædificatum templum.

---

a MS. legebat, *non*. b Forte, *qui*. c MS. *vivis*. d MS. *adificatus*.

CAP.

CAP. XVII.

Epilogus dictorum.

QUantumpotuerimus, & fuerit in ſimplicitate demonſtrandi nobis, ſpero me non intermiſiſſe quicquam de iis quæ ſpectent ad veſtram ſalutem. Si enim de inſtantibus ac futuris ſcribam vobis, non intelligetis, quomodo in parabolis poſita ſunt multa. Hæc autem ſic ſunt. Habes interim de majeſtate Chriſti, quomodo omnia in illum, & per illum, facta ſunt: cui ſit honor, virtus, gloria, nunc & in ſæcula ſæculorum.

CAP.

ΚΕΦ. ιζ.

Επίλογος τῶν λεγομένων.

ΕΦ' ὅσον μὲν ἐν δυνατῷ καὶ ἀπλότητι δηλῶσαι ἡμῖν. ἐλπίζει με ἡ ψυχὴ τῇ ὑπομνήσει με μὴ ὀλιγωρῆσαι μέτε τῶν ἀγαπώντων ὑμᾶς εἰς σωτηρίαν [a]. ἐαν γὰρ περὶ τῶν ἐντεῦθεν καὶ μελλόντων χάριν ὑμῖν, ὦ μὴ γένησθε διὰ τὸ ἐν ὀλιγοψυχίαις κεῖσθαι πολλαί. ταῦτα μὲν ἔστω. ἔχεις οὖν περὶ τὸ μεγαλειότητος τὸ χριστοῦ, ὡς πάντα εἰς αὐτὸν καὶ δι' αὐτοῦ πεποίηται· ᾧ δόξα, κράτος καὶ τιμὴ, νῦν καὶ εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

---

a Vocem ἐντεῦθεν loco ſuo dimotam, in ſequentem periodum, à Latino verſione admoniti, repoſuimus.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

ΚΕΦ. ιέ.

Περὶ δυοῖν ὁδοῖν.

ΜΕταβῶμεν δὲ καὶ ὅτι ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχὴν[a]. ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας, ὅτε τοῦ φωτὸς, ὅτε τοῦ σκότους. διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν· ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι πεπιστωμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ· ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ σατανᾶ. καὶ ὁ μὲν δοκεῖ κύριος ἀπ' αἰῶνων εἰς τοὺς αἰῶνας· ὁ δὲ ἄρχων καιρὸς τῆς ἀνομίας.

ΚΕΦ.

---

[a] Hæc quæ ſequuntur in exemplaribus Latinis deſiderata & διδαχῆς titulum præferentia aſſumentum fuiſſe ſequioris manus, viris aliquot Eruditis viſum eſt. Nimirum in primis ſæculis nonnulli, ut adverſus hæreſes præſcriberent, aut placita ſua commendarent, dogmata apoſtolicorum virorum ſcriptis mandarunt, & illorum διδαχὰς appellavere. Hujus generis videtur fuiſſe liber quem memorat Euſeb. Eccl. hiſt. l. 3. c. 25. & Athan. Ep. 39. cujus epigraphe erat περὶ ἀποστόλων διδαχαί. Sed, præterquam quod numerus verſuum in ſtichometriis vetuſtiſſimis huic Epiſtolæ aſſignatus, ſuadet hanc acceſſionem ad ejus molem omnino deſiderari, pariter à Clement. Alex. & Origene, nec non Auctore Conſtitutionum laudatur ac aliæ partes hujus Epiſto-

CAP. XVIII.

De duabus viis.

TRanſeamus autem & ad alteram cognitionem & doctrinam. Duæ ſunt viæ doctrinæ & poteſtatis; [4] una lucis, & altera tenebrarum. Differentia quidem multa duarum viarum: una quidem, cui præſident lucis miniſtri angeli Dei; altera quæ ſubeſt angelis Satanæ. Ille quidem eſt Dominus à ſæculis in ſæcula: hic vero princeps temporis iniquitatis.

Epiſtolæ. Etſi in Latinis exemplaribus deſiderari, idoneum ſit argumentum unde confici poſſit, quicquid ſic μεῖζον eſt, genuinum non eſſe ſcriptum; periclitabitur prioris Epiſtolæ partis fides, quandoquidem Græce non compareat. Concluſio quæ in Latinis exemplaribus hodiernis comparet, librariis deberi libenter conceſſerim, ſiquidem ii iſtiuſmodi Epilogis libros à ſe conſcriptos alibi paſſim ornarunt. Sed & iteratæ ſcriptionis poſt ſolennem valedictionem, in Epiſtolis non deſunt exempla. Sic Ep. 2. ad Tim. poſt Doxologiam, quædam reſumto calamo ſubnectuntur, ut alia ejus generis præteream. 4 Hunc locum laudat Orig. περὶ ἀρχῶν. Et in Rom. 1. 24.

CAP.

CAP. XIX.

De via lucis.

Via igitur lucis est hujusmodi [a]. Si quis velit incedere ad præfinitum locum, id suis operibus properabit exequi. Cognitio igitur nobis data in hac via ambulandi, est ejusmodi. Diliges factorem tuum. Glorificabis eum, qui te à morte redemit. Simplex eris corde, & spiritu dives. Non adhærebis ambulantibus in via mortis. [b] Abhorrebis facere id quod Deo displicet. Odio habebis omnem simulationem. Ne relinquas mandata Dei. Ne teipsum exaltes; [c] eris autem humilis. Non assumes tibi ipsi gloriam. Ne ineas malum consilium adversus proximum tuum. Non dabis animæ tuæ audaciam. Non fornicaberis. Non mœchaberis. Non eris puerorum corruptor. Non prætermittas verbum Dei, super aliorum impuritate, corripienda. Non accipies personam quo minus corripias alicujus delicta. Mansuetus eris. Esto quietus. Contre-

[a] Solenne est in scriptis apostolicis, quemadmodum ut S. Patrum, ut monitis ethicis sermones suos claudant. [b] Locum hunc laudat Clem. in Constit. 7. 14. [c] Ibid. c. 8.

misces

ΚΕΦ. ιϑ'.

Περὶ τ ὁλῦ τ φωτός.

Ηοιῶ ὁδὸς τ φωτός, ἔστιν αὕτη. ἐάν τις θέλων ὁδεύειν ὅπῃ τ ὡρισμένον τόπον, ποιήσει τοῖς ἔργοις αὐτῦ ὅπερ τελεῖν. ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν γνῶσις τ θείων παρατεῖν ἐν αὐτῇ, τοιαύτη· ἀγαπήσεις τὸν σε ποιήσαντα, δοξάσεις τ σε λυτρωσάμενον ἐκ θανάτυ. ἔσῃ ἁπλῆς τῇ καρδίᾳ, καὶ πλούσιος πᾶ πνεύματι. οὐ κολληθήσῃ μετ τ πορευομένων ἐν ὁδῷ θανάτυ, μισήσεις ποιεῖν ὃ οὐκ ἀρεστόν πᾶ θεῦ. μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν. οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς κυρίυ. οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν, ἔσῃ δ ταπεινόφρων. οὐκ ἀρεῖς ὅπῃ σεαυτὸν δόξαν. οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατ τ πλησίον σε. οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ σε θράσος. οὐ πορνεύσεις. οὐ μοιχεύσεις οὐ παιδοφθορήσεις. οὐ μή σοι ὁ λόγος ὁ τ θεῦ ἐξέλθῃ ἐν ἀκαθαρσίᾳ πινῶν. οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξας τινὰ ὅπῃ παραπτώματι. ἔσῃ πραΰς. ἔσῃ ἡσύχιος. ἔσῃ τρέμων

---

a Nimirum qua via lucis deducit.

τοὺς

τὰς λόγους, ὃς ἤκουσας. ὦ μὴ μνησικακήσῃς τῷ ἀδελφῷ σου. ὦ μὴ δίψυχήσῃς [a] πότερον ἔσται, ἢ οὐ. ὦ μὴ λάβῃς ὅτι ματαίῳ εἰς ὄνομα κυρίου. ἀγαπήσεις γὰρ πλησίον σου πᾶσῃ τῇ ψυχῇ σου. οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ· οὐδὲ πάλιν γεννηθὲν ἀνελεῖς. οὐ μὴ ἄρῃς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου, ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου· ἀλλ' ἀπὸ νεότητος διδάξεις φόβον κυρίου. οὐ μὴ ζήλῳ ὅτι θυμῷ τὰ τῆς πλησίον σου, οὐδὲ μὴ ζήλῳ πλεονέκτης. οὐδὲ κολληθήσῃ ἐκ ψυχῆς σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ. τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα καὶ πειρασμὸς ἀναμενεῖς [b], ὡς ἀγαθά, πρόσδεξαι. ὅτι ἔσῃ δίγνωμος, οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ δίγλωσσία. ὑποτάγήσῃ κυρίῳ κυρίοις ὡς τύπῳ θεοῦ, ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ. οὐ μὴ ὀφθαλμὸς παιδίσκῃ, ἢ δούλῳ σου ἐν πικρίᾳ ψυχῆς, τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτὸν ἐλπίζοισι· μή ποτε ὁ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις θεὸν· ὅτι οὐκ ἦλθεν ὅτι κατὰ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς τὸ πνεῦμα ἡτοίμασεν. κοινωνήσεις ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου. οὐκ ἐρεῖς ἴδια· εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀφθάρτοις κοινω-

a Al. διψήσῃς. b Al. κεῖ.

νοὶ

miſces ad verba a quæ audieris. Fratri tuo ignoſces. Ne hæſita, utrum futurum ſit, an non. Ne aſſumas b nomen Domini in vanum. Diliges proximum tuum ſuper animam tuam. Non interficies partum per abortionem; neque, poſtquam prodierit, occides. Non abſtinebis manum tuam à filio tuo, vel à filia tua; ſed à pueritia docebis eos timorem Domini. Ne concupiſcas rem proximi tui; neque ſis alienorum bonorum uſurpator. Neque adhæreas ex anima tua ſuperbis, ſed cum juſtis & humilibus recenſearis. Quæ tibi contingunt tentationes & vexationes dæmonum, inter bona accepta reputa. Non eris inconſtans animo, neque bilinguis: laqueus eſt enim mortis linguæ duplicitas. Subjectus eris Domino; dominis, ut Dei imagini, in verecundia & timore. Ne imperes ancillæ, aut ſervo tuo in amarulentia animi: his videlicet qui timent eum: ne quando contingat, ut non timeas eum, qui ſuper utrumque eſt, Deus. Non enim venit vocare ſecundum perſonam, ſed ſuper quos Spiritus præparavit. Communicabis in omnibus rebus proximo tuo. Nihil dices quicquam tibi proprium; ſi enim communicatis invicem in bonis incorruptibi-

a Eſai. 66. 2. b Conſtit. apoſt. 7. 11. & inf.

libus,

libus, quanto magis in corruptibilibus? Ne sis præceps in lingua: os enim laqueus est mortis. Quantum potes, sanctifica animam tuam. Ne porrigas manum tuam ad accipiendum; eam vero ad dandum claudas. Diliges, ut pupillam oculi tui, omnes, qui tibi verbum Dei loquuntur. Memento diei judicii nocte & die. Exquires quotidie vultum sanctorum, & per verbum speculans, & ambulans ad exhortandum, meditans quoque ad salvandam animam per verbum. Et manibus tuis laborabis ad redemtionem peccatorum tuorum. Dare non ambiges, neque dans murmurabis. Omni petenti te da. Cognosces autem, quis sit bonus mercedis retributor. Servabis, quæ accepisti, nihil addens, aut demens. Semper odio habebis flagitiosum. Judicabis juste. Non facies schisma. Pacem compone inter dissidentes, eos concilians. Confiteberis peccata tua. Non accedes ad orationem tuam in conscientia mala. Hæc est via lucis.

---

a Eccl. 4. 36. & constit. Apost. 7. 13.

CAP.

νοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς. ἐκ ἔστι προγλωσσος· παχὺς γὰ σόμα θανάτου. ὅσον δώσασι, ἡ ὑπὲρ τ ψυχὴν σε ἀγαθύσεις. μὴ γίνε πρὸς μὲ τὸ λαβεῖν ἐκτεῖνων τὰς χεῖρας, πρὸς δ τὸ δοῦναι συσπῶν. ἀγαπήσεις, ὡς κόρην ὀφθαλμὸν σου, πάντα τ λαλοῦντά σοι λόγον τ κυρίου. μνησθήσῃ αὐτὸν ἡμέρας κρίσεως νυκτὸς καὶ ἡμέρας. ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, καὶ διὰ λόγου στοπῶν, καὶ πορεύσῃ εἰς τὸ ὠφελῆσαι, ἡ μελετήσῃ εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ. ἡ διὰ τ χειρῶν σε ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν τ ἁμαρτιῶν σου. ἡ δικάσεις δοῦναι, [a] ἡδὲ δώσεις γογγύσεις. [b] πατὴρ αἰτοῦντί σε δίδου. γνώσῃ δ, τίς ὁ τ μισθὸς καλὸς ἀνταποδότης [c]. φυλάξεις ἃ παρέλαβες, μήτε προσθεὶς, μήτε ἀφελῶν. εἰς τέλος μισήσεις τ πονηρόν. [d] κρινεῖς δικαίως. ἡ ποιήσεις σχίσμα. εἰρηνεύσεις δ μαχομένους συμάχων. [e] ἐξομολογήσῃ ἐπὶ ἁμαρτίαις σου. ἐκ ἔξεις ἐν προσευχῇ σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τοῦ φωτός.

---

a Constit. Ap. 7. 12. b Luc. 6. 30. c Const. Ap. 7. 14. d Ib. c. 10. e Ib. 14, & 17.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ τῆς ὁδοῦ τοῦ μέλανος.

Ἡ τοῦ μέλανος ὁδός ἐστι σκολιὰ, καὶ κατάρας μεστή. ἔστι γὰρ ὁδὸς τοῦ θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας· ἐν ᾗ ἐστι τὰ ἀπολλύοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, εἰδωλολατρία, θρασύτης, ὕψος δυνάμεως, ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία, φόνος, ἁρπαγὴ, ὑπερηφανία, παράβασις, δόλος, κακία, αὐθαδεία, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφροσύνη θεοῦ· διώκται τῶν ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, ἀγαπῶντες ψεῦδος[a], οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ κολλώμενοι ἀγαθῷ, οὐ κρίσει δικαίᾳ χήρᾳ καὶ ὀρφανῷ προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον θεοῦ, ἀλλ' ὅτι τὸ πονηρόν. ὧν μακρὰν καὶ πόρρω, πρᾳΰτητος, καὶ ὑπομονῆς· ἀγαπῶντες μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ τῷ καταπονουμένῳ, εὐχρεῖς ἐν καταλαλιᾷ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κρίται, παντὶ μάρτυροι.

[a] Additur φεῦδος ex Const. Apost.

ΚΕΦ.

CAP. XX.

De via tenebrarum.

Via autem tenebrarum obliqua est, & maledictionis plena. Est enim via mortis æternæ cum supplicio; in qua sunt ea, quæ perdunt animam eorum, idololatria, audacia, elatio potestatis, hypocrisis, duplicitas cordis, adulterium, homicidium, rapina, superbia, transgressio, dolus, malitia, arrogantia, veneficium, magia, avaritia, projectio timoris Dei: persecutores bonorum, osores veritatis, amantes mendacium, non cognoscentes mercedem justitiæ, non adhærentes bono, non justo judicio viduæ & orphano attendentes, vigilantes non ad timorem Dei, sed ad malum. A quibus longe absunt, mansuetudo, & vigilantia: diligentes vana, vindictæ amatores, non miserentes egeni, non laborantes ad levandum oppressum, ad detractionem promti & faciles, non cognoscentes factorem suum, liberorum homicidæ, corruptores creaturæ Dei, se ab indigente avertentes, opprimentes oppressum, divitum advocati, pauperum iniqui judices, per omnia peccatores.

a Const. Ap. 7. 18.

CAP. XXI.

Conclusio admonitoria.

ÆQuum est igitur eum qui didicit justificationes Domini, quæ prius scriptæ sunt, in eis ambulare. Qui enim eas facit, in regno Dei glorificabitur: qui vero illa eligit, cum suis operibus peribit. Propterea resurrectio, propterea retributio. Interrogo eminentes inter vos, si accipitis aliquod bonæ voluntatis meæ consilium. Habetis vobiscum, quibus bene fecistis: nolite eos derelinquere. Prope est enim dies, in quo omnia cum eo, qui malus est, peribunt. Prope est Dominus, & merces ejus. Etiam atque etiam rogo vos, estote vobismetipsis boni legiferi, vobis ipsis manete consultores fideles. Tollite ex vobis omnem simulationem. Deus vero totius mundi dominator det vobis sapientiam, scientiam, intelligentiam, cognitionem justificationum suarum in patientia. Estote vero discipuli Dei, exquirentes quid à vobis postulet Dominus. Et facite, ut salvi sitis in die judicii.

ΚΕΦ. κα'.

Επίλογος παραινετικός.

Καλὸν οὖν ὄζι μαθόντα τὰ δικαιώματα κυρίου, ὅσα παραγέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν. ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ δοξασθήσεται· ὁ ἐκείνοις ἐκλεγόμενος, μὴ τῶν ἔργων αὐτοῦ συναπολεῖται. διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀνταπόδοσις. ἐρωτῶ τοὺς παρέχοντας, εἰ πάμμυ γνώμης ἀγαθῆς λαμβάνετε συμβουλίαν. ἔχετε εἰς ὃς ἐνεπιστεύσασθε, μεθ' ἑαυτῶν· μὴ ἐγκαταλίπητε αὐτούς. ἐγγὺς γὰρ ἡμέρα, ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ. ἐγγὺς ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. ἔτι καὶ ἔτι ἐρωτῶ ὑμᾶς, ἑαυτοῖς γίνεσθε γεμεθέται ἀγαθοί, ἑαυτοῖς μόνοι σύμβουλοι πιστοί. ἄφατε ἐξ ὑμῶν πᾶσαν ὑποκρισιν. ὁ δὲ θεὸς ὁ παντὸς τοῦ κόσμου κυβερνήτης, δώη ὑμῖν σοφίαν [a], ὅπως εἰμί, συνίσιν, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ ἐν ὑπομονῇ. γίνεσθε δὲ θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ κύριος ἀφ' ὑμῶν. καὶ ποιεῖτε, ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρί-

[a] Citat Clem. Alex. Strom. 2.

σεως. εἰ ὴ πὶς ὄζιν ἀγαθῆ μνία, μνημονέυετέ μȣ, μελετῶντες ταῦτα ἵνα καὶ ἡ ὁπὴδυμία, καὶ ἡ ἀγρυπνία, εἰς τι ἀγαθὸν χωρήσῃ. ἐρωτῶ ὑμᾶς χάριν αἰτέμενος· ὡς ἔπι τὸ καλὸν σκεῦός ὄζι μεθ' ὑμῶν, μὴ ἐκλείπητε μηδενὶ αὐτῶν, ἀλλὰ συνεχῶς ἐκζητεῖτε ταῦτα, καὶ ἀναπληρῆτε πᾶσαν ἐντολήν. ἔσι γὰρ ταῦτα ἄξια. διὸ μᾶλλον ἐσπούδασα χαίρειν, ἐφ' ὧν ἠδυνήθην, εἰς τὸ εὐφραίνειν ὑμᾶς. σώζεσθε ἀγαπητὰ τέκνα [a], καὶ εἰρήνης. ὁ κύριος τῆς δόξης, καὶ πάσης χάριτος, μετὰ τȣ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.

---

a Clem. Alex. Strom. 2.

Τέλος ἐπιστολῆς Βαρνάβα.

Ἀποστόλȣ, συνεκδήμȣ Παύλȣ καὶ ἀλλȣ ἀποστόλȣ.

dicii. Si qua est vero bonæ rei recordatio, mei mementote, hæc meditantes; ut & desiderium, & vigilantia, in aliquod bonum evadat. Rogo vos gratiam hanc efflagitans : quamdiu pulcrum hoc vas vobiscum est, in nullo horum deficite; sed indesinenter hæc exquirite, & adimplete omne mandatum. Hæc enim dignæ sunt. Quare quantum potui, diligentius laboravi vobis scribere, ut vos exhilararem. Salvi estote dilectionis filii & pacis. Dominus gloriæ & omnis gratiæ sit cum Spiritu vestro. Amen.

---

a Dum in corpore esse datur.

Finis Epistolæ Barnabæ Apostoli, comitis Pauli sancti Apostoli.

Index Scripturarum.

	Cap.	verſ.	pag.
Gen.	1	2	31
		26 20	31
		28	31
	2	2	91
	15	17	83
	25		36
		23	80
	48	11	*ib.*
Exod.	3	8	31
	17	8	75
		14	79
	20	3	76
		8	88
	24	18	84
	31	1	28
		18	84
	32	7	*ib.*
	34	28	16
Levit.	11	11	56
	16	7	39
	20	24	28
	23	29	36
Numb.	13	17	79
	21	7	76
	29	7	36
Deut.	4	14	59
		5	88
	9	10	24
		12	*ib.*
	14	4	56
	17	25	76
Pſalm.	1	1	63
	17	45	51
	21	17	28
		18	*ib.*

	Cap.	verſ.	pag.
		21	24
		23	32
	22	18	28
	33	2	51
	41	1	22
	50	9	8
	89	4	91
	109	1	79
		22	27
		23	*ib.*
	119	118	24
Prov.	1	6	31
	7	17	20
Sap.	2	12	28
	3	9	17
	16	5	76
Eſai.	1	2	52
		10	*ib.*
		11	7
	3	9	28
	8	4	27
	10	23	14
	28	16	27
	29	13	83
	33	13	51
	40	11	95
		13	31
	42	3	52
		6	87
	45	1	79
	49	6	87
		7	95
	50	6	24
		7	24, 27
		8	27

	Cap.	vers.	pag.
		9	ib.
	53	7	20
		5	24
	58	4	11
		6	ib.
	61	1	88
	62	7	71
	66	1	95
		2	107
	69		75
Jerem.	4	3	52
		4	51
	7	2	ib.
		12	8
		26	52
	9	25	ib.
Ezech.	11	19	32
	36		31
		28	32
		4	96
Dan.	7	7	15

	Cap.	vers.	pag.
		24	ib.
Zach.	8	17	8
	12	10	43
	13	6	24
Mal.	3	1	15
Eccluſ.	1	10	31
Matt.	10	33	10 h
	20	16	31
	22	14	19
		41	79
	23	35	24
	27	54	43
Marc.	12	26	79
Luc.	5		23
	6	30	109
	14	8	88
	20	42	79
Jo.	19	37	43
Act.	2	36	79
1 Cor.	15		25

Clariſſ.

Clariſſ. Viri

EDVARDI BERNARDI

SS. Theologiæ Doctoris

Et in

Univerſitate Oxonienſi

Profeſſoris Saviliani

In

S. BARNABAM

Adnotationes.

Chriſtiani nominis Cultoribus

E. BERNARDUS

γνῶσιν ϗ εἰρήνην.

EPiſtolam equidem Barnabæ facundiſſimi viri, unde nomen illud Syrum meruit conſenſu concilii Apoſtolici, itidemque in Aſia honores vix humanos; catholicam, piam, & utilem maxime ad adgreſſus Rabbinorum, poſt duos treſve viros doctos, vobis denuo, fratres, offert hoc Theatrum; non quo cupit nitore adnotationum, recte tamen magiſque ex veſtro commodo. Quinimo multi heic habent, pars ſane magna noſtræ amicitiæ vitæque noſtræ, quibus otium, ingenium, atque eſt ſacra eruditio, ut poſſint vice enchiridii plene & accurate iſtius Doctoris Epiſtolium, quo nil pulcrius tulit unquam Cyprus, orbi fide-

fidelium enarrare; eodemque quasi opere illustrare divinam illam epistolam ad Hebræos: quam ecclesiastici plurimi B. Paulo tribuunt: quidam collegæ ejus, quem nunc laudamus, ob scriptorum similitudinem: nonnulli denique ex doctis hujus ætatis & meliorum, B. Clementi, non adeo perite. Purior enim dictio cernitur in hac Barnabæ, & minus Latina, quam ferunt ambæ Clementis Romani. Cæterum ut gratulari fas est Ecclesiæ Catholicæ, quod hoc ævo rursum legantur piissimæ paræneses & epistolæ Barnabæ Apostoli, Clementis pontificis Romæ ex primis, & Ignatii theophori, quæ plus mille annos sepultæ & πάλαι ἀπόκρυφοι jacuerant: ita nolo vos nescire has literas Josis Levitæ multo sincerius hodieque servari, quam Ignatii septem, doctissimorum virorum cura digna & sollicitudo; imo dico quam prior illa & ἐκκλησιαστική

καλάμη Clementis, quæ vel Presbyteranis probatur & defenditur. Hoc equidem faciam manifestum, quando ab Historicis Judæorum forte liberabor. Illi nunc me tenent. Præterea in Schola Pantæni sonuisse sæpius verba Barnabæ, notum satis: addo tamen, unde pretium & eximia existimatio scripti, ad Ambones Alexandrinos veniisse pridem; quinimo quantum demonstrat Syllabus nominum Hebraicorum quem huc adjunximus interprete Adamantio, ad finem à principio inter Scripturas Canonicas hanc Epistolam tum olim lectam fuisse acceptamque. Hoc adeo pronius factum reor in celeberrima illa & Romanæ quamdiu æmula Ecclesia, quod Fundatoris sui B. Marci Cyprius hic Apostolus adjutor pius comesque adstiterat. Viri boni charique valete.

Oxoniæ die breviſſimo
A. D. MDCLXXXIV.

L *Adnot.*

P. 5. Τῳ γνῶσιν.] Mysticam Theologiam Christianorum. Ut post Barnabam Clemens Alexandriæ illud vocabulum intellexit Stromate sexto. H. Valesius idem vertit *Scientiæ donum*, laxe nimis & tanquam declamator.

P. 10. Ὡς χρίκον.] Codex Carolinus ὡς χλυόν. Corriges ὡς χλοιόν.

P. 12. *De histantibus.*] Volo, de his statibus, περὶ τούτων καταστάσεων.

P. 13. Χειροτονίαν.] Leges in versione veteri *suadelam manuum* pro *suadelam malorum*. *Extensum* ait *brachium*, ut suadentium mandantiumque esse solet.

P. 22. Ανομωτέρως.] Vide Origenem Geneseos initio f. 3. *d.* Hanc autem censuram Ignatio viro

viro Apoſtolico ac Martyri, contra luculentum teſtimonium Adamantii & hujus Epiſtolæ fidem, vel error tribuit librario libro 3. Hieronymi adv. Pelag. p. 590. vel beatum illum Presbyterum ante ſenium ſua fefellit memoria; aut potius decepit ipſum volumen Scriptorum Apoſtolicorum, ubi Ignatiana ſolent præcedere, ſequi illa Barnabæ ac Clementis. Unde non diſſimilem errorem pridem erraverat ὁ φωματεὺς p. 646. adſcriptis Barnabæ, quæ fuerant verba cognominis ſui priore ad Corinthios p. 102. editionis Theatralis. Graviter vero ibidem dixit S. Hieronymus, *Teſtimonia*, Evangelii viz. Nazareni & Epiſtolarum Ignatii, verius Barnabæ, *ſi non uteris ad auctoritatem, utere ſaltem ad antiquitatem, quid omnes Eccleſiaſtici viri ſenſerint.*

P. 29. Περίψημα.] Heſychium ſic emendabis meo ſuaſu. περίψημα, κάθαρμα. περικαθάρματα, ἀντίλυτρα,

αὐτὸ ψυχῶ. πιστῶν ἀπείρημα, κατὰ τὸ ἴσχυν πιστῶν. Ex 1 Cor. c. 4. 13.

P. 74. Πάλιν ἐνίκα ὁ Ισραήλ.] Huc respexit Hieronymus super Abdiæ vaticinium. *Ego ero* ἀρχισφαγὸς *praliorum, qui & Amalec in Crucis mea vexillo Moyse pugnante superavi.*

P. 41. Ραχίν.] Scribo τὸ λεγόμενον ξάχιν, rubum profecto in rupe סְלַע; quod Latine sonat *Præcipitium*, dato nomine ex ritu quam severo.

P. 49. Ὅτι ἡ βασιλεία τ̃ ἐν τ̃ῷ ὄρει τ̃ῷ ξύλῳ.] Propter hunc locum Barnabæ additum crede ἀπὸ ξύλου & ἐβόλει ουσι codicibus aliquot Græcis Psalterii ævo Justini, & inde complurimis Ægyptiis ℣. Gi. ℣. non alicui ℣. sequentium, ὅτι ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ ξύλου. Nostra etenim exemplaria Græca, Latina, Arabica, cæteraque cuncta carent hac appendice, præter Coptica.

P. 5. Τῷ

P. 54. Τῷ ϛ΄ ἑνὶ καὶ ὀκτὼ ιη΄. ἔχεις ἰησοῦν.] Ejuſmodi profecto luſus Grammaticos ſæpius lego in Talmudis, in Rabbot, aliiſque monumentis Phariſæorum: etiam de prima ſacrarum vocum בראשית. Unde geminum mundum, hunc & futurum, aliaque multa derivant. Rabbini quidem dialecto Hebraica: Barnabas vero & Johannes Theologi Chriſtiani Græce alludunt, dum ſcribunt Græce; ambo tamen imitatione Cabalæ Judaicæ. Namque, ut ſtemus in domo Abraami, Barnabas Levita famulorum 318. numerum per Geometriam, quæ falſo vocatur, transfert ad Jeſum Crucemque ejus: pariterque Barabbas Deuterota Abraami Oeconomum אליעזר ſtrenuum fuiſſe contendit inſtar virûm 318, ex valore tot literarum Hebraicarum. *Talm. Bab. Nedarim f.* 32. *& Breſit rabba f.* 47. *necnon Cap.* 27. *Eliezar, & Paraphraſi Uzielida Gen. c.* 14.

P. 58. Μωυσῆς δὲ ἐν πνεύματι ἐλάλησεν αὐτοῖς.] Ex hoc capite Barnabæ, & à menſa promiſcua S. Petro cœlitus olim adpoſita, facinus ſuum Allegorizandi præſertim & audacter defendit Adamantius homil. VII. in Lev.

P. 65. Μετὰ τῶν μελετώντων.] Origenes ex his literis, *illum ruminare arbitratur, qui operam dat ſcientiæ, & in lege Domini meditatur die ac nocte.*

P. 73. Ὅπ ξύλον χλιθῇ vel χλινθῇ, ut amat codex Carolinus & perveteres alii, καὶ ἀναστῇ.] Sumtum ex Judæorum ſcriptis apocryphis deperditiſque: non adeo à Salomone Eccleſiaſte, neque à cap. XIV. Jobi.

P. 74. Ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα σάξῃ.] Ex quarto Eſdræ nihil antiquius citatum offendes; unde libri iſtius vetuſtas oſtendi poſſit, qui hodieque apud Latinos ſolos ſervatur.

P. 78.

P. 78. Τῷ χριστῷ μου Κυρίῳ.] Bibliorum Græcanicorum Italicorumque error pervetus, patulus, & dignus omnino acri cenſura Hieronymi ad Eſaiam. Quis enim aptari ſperet τῷ σωτῆρι ἡμῶν, σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με· quod de Perſa verum erat valdeque dolendum.

P. 82. Ἀπειλήφαμεν τὸ τέλειον τῆς γνώσεως ἡμῶν.] Reddo verbis Latinis, *Summam plane noſtri argumenti, noſtræ confeſſionis ſummam nacti ſumus, ſi modo datum Abraamo oraculum Gen. c. 15. 6. de Chriſto Jeſu præſertim intelligi oporteat.*

P. 90. Ἐν τοῖς ἑξακισχιλίοις ἔτεσι συντελεσθήσεται τὰ πάντα, &c.] Uſque ad Evangelii tempora. Sic intelliges Prædicatorem Cyprium toto hoc capite. Non de extremo mundi: quem porro ad octavam annorum chiliada & ille & Irenæus & veteres alii deferunt. Animus enim fuit ac ſuſpicio virorum Apoſtolicorum, ſi non Apoſtolorum, paulum ſuper mille annos duraturum

duraturum Christianismum, quam is ab æterna felicitate absorberetur. Huc bene convenit prisca traditio, quam de tribus mundi dischiliadibus schola Eliana ab apocryphis Esdræ l. IV. c. 14. arreptam interpretando corrupit. Constat autem spatium mundi longius produci ab Esdra, quam Rabbini aut nostri fere Theologi cupiunt, si partem octavam omnium seculorum, tantula enim restabat exigenda ver. 11, 12. à Nabonido sive ab anno XXX. vastitatis Ædis prioris ad secundæ destructorem Vespasianum rite supputes. Quinetiam μυστῆς, ut nonnemo veterum scite observavit, Græcis literis numeranti Liturgiæ suæ diuturnitatem ostendit: quod etiam Philo Josephusque profitentur. Chronologiam itaq; Judaicam refutant hic Cabalista Græcus, & Esdras Latinus, imo fides communis Judæorum Christianorumque veterum de

sexies

sexies mille annis mundi ἀνάκλισιν, quod constanter fuisse traditum non audent negare vel iniquissimi temporum circumcisores. Sed & Talmudici capite quarto IV. ultro fatentur jam tum cessisse annos DCCXIV. quintæ chiliadis, tam Mosis quam Messiæ sui inanes, nimirum sub conditu Talmudi Babylonici, quod pauci sciunt. Verum hæc hactenus.

Hebraicorum nominum interpretatio de Epistola Barnabæ.

S. Hieronymus Latine transtulit è Græco Origenis Ecclesiarum magistri.

Abraham, Pater videns populum. c. 9.
Adam, homo. c. 6.
Amalec, populus lingens *sive* populus brutus. c. 12.
David, desiderabilis. c. 10. 11.
Eva, calamitas, *aut* certe vita. c. 12.
Ephraim, frugifer *sive* ubertas. c. 13.
Manasse, oblitus. c. 13.
Nahum, germen. *Lege* Nave c. 12.
Rebecca, patientia. c. 13.
Sabbata, requies. c. 15.
Sion, specula. c. 6.
Sina, mensura, mandatum, tentatio. 15.
Satan, adversarius *sive* prævaricator. 18.

S. BARNABÆ VITA.

JOses, Levita genere, Cyprius patria, ineunte ætate Hierosolymam pietatis atque eruditionis sacræ causa perrexit, ibique S. Pauli contubernio in Gamalielis Schola fruebatur: dein melioribus auspiciis Domini Jesu Christi discipulus factus, in LXX. ordinem coaptari meruit. Domino in cœlos recepto, *primarius inter fratres* Christi fidem professos habebatur, nec retibus & piscatoria scapha, sed prædiis & latifundiis relictis, eorumque pretiis in pietatis usus erogatis, in evangelii ministerium accingebatur, & ab Apostolis *Barnabæ*, sive Ecclesiastis atque Concionatoris nomen acceperat. Nec propriis modo ille virtutibus inclaruit, sed sororis Mariæ, cujus in ædibus, S. Petro sacris operante, Ecclesiæ conventus habebantur. Barnabas quidem immortali merito Paulum, quem fideles omnes tanquam persecutorem refugiebant, convenire ausus, in Sanctorum cætum introduxit. Dein ex Apostolorum decreto Antiochiam missus, postquam magno cum successu fidem illic prædicasset, Tarsum profectus, Paulum inde evocavit, & in laborum societatem adjecit. Post anni moram in urbe Antiochena, tantum pietatis incrementum, fuit ut divinæ

nostræ

noſtræ ſectæ, Chriſtianiſmi nomen ibi primum increbuerit, tanta caritatis annona atque uberrima meſſe, ut ad longe poſitam Hieroſolymitanam Eccleſiam fame preſſam ſuſtentandam, ſuffecerit. Sed unius civitatis rebus circumſcripta non erat Apoſtolici viri cura. S Spiritus peculiari monitu una cum Paulo, ad Evangelium inter Gentes late diſſeminandum evocabatur: iterque utcunque incommodum impenſis propriis, utrique perfecerunt, ne modo converſis tratribus oneri eſſent; & in eam rem, opificio quæſtum facere non dubitaverunt. Seleuciam ergo, Cyprum, Paphum, Pamphyliam, Piſidiam, Lyciam, & Lycaoniam peragrabant. In quo itinere feliciter jacto Evangelii ſemine, divinos honores oblatos reſpuit Apoſtolus noſter, maluitque victima cadere, quam pro numine adorari. Antiochiam demum reverſus, una cum individuo comite Paulo, legationem Gentilium nomine obivit ad Hieroſolymitanum Concilium, in cauſa graviſſima, de circumcifione mota. Qua re feliciter tranſacta, Antiochiam reverſus, poſtquam illic aliquanti ſper manſiſſet, Paulo in Syriam & Ciliciam, & Græciæ regiones diſcedente, patriam

am ſuam Cyprum repetivit Barnabas. Sed non diu illic hæſit vir terrarum orbis commodis natus. Solis inſtar poſt Orientem illuſtratum, ad Occidentem perrexit; & Romam, teſte Dorotheo & Clemente, pervenit, ibique mortalium primus Evangelium annunciabat. Inde porro in Italiæ loca remotiora pergens, in Liguria fidem propagaſſe, nobiliſſimamque Mediolanenſem Eccleſiam erexiſſe dicitur. Quinimo una cum Marco conſobrino in Ægyptum tranſiens, Alexandrinam Eccleſiam fundaſſe traditur, & eundem Marcum in primum illic Epiſcopum ordinaſſe. Demum in patriam redux, dum Salamini Judæos ad fidem traducere, monitis juxta & ſcriptis nititur, illorum manibus lapidibus obrutus, Martyrii coronam obtinuiſſe dicitur. In cujus memoriam Junii 11. ſacram fecit Eccleſia Catholica, ut qui fugatis tenebris Evangelii lucem orbi tranſmiſit, longiſſimam totius anni diem, ſibi ex merito vindicaret. Ut autem illius honori impenſius litaretur, inſula Cyprus Apoſtoli noſtri natalibus & Martyrio honeſtata, αὐτοκέφαλος reddita eſt, nullique ſedi Patriarchali ſubjicienda.

FINIS.